


CAROLI LINNÆI

ENTOMOLOGIA,

FAUNÆ SUECICÆ DESCRIPTIONIBUS AUCTA;

DD. Scopoli, Geoffroy, de Geer, Fabricii, Schrank, &c. speciebus vel in Systemate non enumeratis, vel nuperrime detectis, vel speciebus Galliæ Australis locupletata, generum specierumque rariorum iconibus ornata;

Curante & augente CAROLO DE VILLERS, Acad. Lugd. Massil. Villa-Fr. Rhotom. necnon Geometriæ Regio Professore.

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI,

Sumptibus PIESTRE ET DELAMOLLIERE.

1789.

PRÆLOQUIUM.

Philosophia virtutis principium expultrixque vitiorum Naturæ operum indagatio.

BACON.

IN variis vitæ tempeftatibus folatium femper præ fe fert Creatoris operum inquifitio. Obfervatori ubique natura arridet; defcendens in folitudines nunquam folitarius & in regionibus cuivis faftidiofis jucunde detinetur. Arbor naturalis univerfum orbem terrarum ramis amplectitur; quocumque circumfert oculos fagax inveftigator, inde erumpunt coloni, animalia ubique, plantarum etiam ultra limites reperiuntur : Perfectibilitate homo primus, quis ultimum affignabit. Regnum animale naturæ amantes antiquius præcipue non occupaverat, Zoologiaque, præfertim ea pars *Entomologia* vocata, indigefta adhuc erat, quum, anno 1738, *Syftema Naturæ* in lucem edidit immortalis *Linnæus*. Licet prima hæc editio methodi potius fit delineatio, quam methodus ubicumque gentium effufa, omnes

tamen qui de re naturali antea ſcripſerant vel ipſos Botanicos longe anteceſſit. Sexuali methodo vegetativa felicius ordinavit; animalia characteribus propriis conjunxit vel ſeparavit; in regno minerali etiam nova lux affulſit; ſic quidquid aerem, aquas terramque habitat in mente *Plinii recentioris* tunc erat diſpoſitum. Infelix diu, ſed quis Muſarum alumnus infortunio non fuit mactatus?

In vanum reclamant methodorum Antagoniſtæ, in vanum Naturam methodice non agere objiciunt; non ſine jure rident *Linnæani*. Entis Supremi conſilia, licet incomprehenſibilia, ſemita certa perficiuntur. Invariabilis lex creans, invariabilis lex conſervans: principia elementaria, qualiacumque ſint, minime fortuito uniuntur viſque univerſa eodem modo commovet, incendit & aggregat. A priori incognita, ſola experientia demonſtrari poteſt; ſed in experimentis quot allucinantur. Quam ante immortalem *Newtonem* ſuſpicati fuerant nonnulli, eam vim celeberrimus *Anglus* experientia & probationibus mathematicis demonſtravit. Recentioribus obſervationibus confirmata fuit. Regnat in cœlo, regnat in terris, imperat ubique,

dubium legitimum non jam permiſſum. Conſtans ſalium cryſtalliſatio, famoſæ numeroſioreſque Chymicorum affinitates, calcium metallicarum revivificatio, germinum invariabilis explicatio &, ut fecundentur, utriuſque ſexus in duobus naturæ regnis commixtus, legem entium conſervatricem alte proclamant. Naturæ inſtrumentum tempus, nos ut umbra tranſimus. Ante oculos projiciuntur effectus, cauſa latet forſanque in æternum latebit. Pernitioſa & inſatiabili famæ cupiditate, his quæſtionibus *cur*, *quomodo* hodie ſæpius audaces reſpondent; ſyſtemata congerunt, filii abortivi ante patrem extinguuntur; quidquid enim experientia conſtanti fulcitur, hoc ſolum benevole excipient Poſteri.

A Recentiorum hypotheſibus, Syſtema *Linnæi* quantum diſſimile! nihil aliud eſt quam omnium Naturæ operum diſpoſitio & ordinatio, in claſſes, ordines, genera, ſpecies varietateſque; *niſi enim in ordines redigantur ſubſtantiæ naturales & veluti in caſtrorum acies diſtribuantur, tumultu & fluctuatione omnia perturbari neceſſe eſt.* (Cæſalpinus.) Auxiliante methodo, mineralia, plantæ animaliaque incognita ſtatim

determinantur, at ſola deſcriptione, non ſine improbo labore dignoſci poſſunt. Quadrupedum Muſæi Regalis hiſtoria voluptuoſe perlegitur; deſcriptionum tamen ope tarde nominaretur quadrupes; eas enim perlegere, icones pervolutare neceſſarium, ut animali incognito imponatur nomen quod, dentium inſpectione, poſitione, numero & forma, fere ſubito aſſignaretur. Attamen plantis inſectiſque quadrupedes longe minus numeroſi. Quantum tempus conſumendum ut, abſente methodo, vegetabile inſectumque cum deſcriptione comparentur. Syſtema *Linnæi* illuſtrant & methodus & deſcriptio: familia cognita, aliæ rejiciuntur familiæ; generis determinatione, genera fugiunt alia. Tunc ordo genus dilucidat deſcriptioque ſpeciem manifeſtat. Nonnulla individua, fateor, a generibus præſtitutis aliquando recedere videntur, certæ ſpecies aberrant, quid mirum! omnes ſpecies ordinare, nominare, deſcribere fere incredibile videtur, opus tamen & inchoavit & adumbravit & perfecit *Linnæus*.

In regno minerali non minus verſatus erat præſtantiſſimus Vir, licet in hac parte multo minus celebretur. *Salium*, inquit, *metamorphoſin, etiamnum occluſam Lithologis ſerio*

commendo, quæ si æque aperta fuerit ac hodie terrarum janua, nova lux affulgebit lapidum genesi. Cryſtallos lapidoſas, quod ſalibus dudum ſubjeci, ob rationes datas & pluribus dein confirmatas adeoque non mutandas, a variis reprehenſus fui; ſed vix ab aliis, quam qui ignorant quid diſtent Silices a Calce; & alibi.

Primus, anno 1736*, lapides in methodum ſyſtematicam diſpoſui, conſtituendo* GENERA *fixa characteribus definita, quæ omnia non omnibus inviſa fuiſſe, ex ſcriptis ſucceſſorum intellexi, quamvis nonnulli meis humeris inſiſtentes, circumſpexere altius, quædam mutando addendoque non ſine ſupercilio.* Legendo præfationem *Syſtem. Naturæ*, Syſtema ipſum penitus perſcrutando, antiquarum novitatum origo detegitur; rivi tamen fontem non amplius agnoverunt.

Error & veritas perpetuo peregrinantur; ſed veritas cordi eſt paucis, decepit enim frons prima multos. Quod de incomparabili *Newtone* ſcripſit elegantiſſimus Aſtronomiæ Hiſtoricus, ad illos omnes mundi præceptores probe applicari poteſt: *operum detractores argumenta non librant: D. Maskelinii* experientiæ, celeberrimæ Academiæ

Regalis Vicariorum relatio, Acad. Lugd. Monſp.que ſententia nec magnetiſantium nec diverſæ radiorum refrangibilitati nec attractioni refragatorum errorem abſtulerunt. *Corpora curari poſſunt, animarum nulla medicina eſt.* Cic.

Syſtema Sexuale fere ab omnibus Botanicis acceptum fuit, methoduſque in regionibus Borealibus nata orbis terrarum Botanicam feliciter ordinavit; in *generibus* enim *plantarum condendis regulas arcte conſtrinxit, characteres a ſolo flore deſumendos ſtrenue aſſeveravit.* Nuperrime *Syſtema Sexuale*, ipſis Antagoniſtarum objectionibus, confirmavit celeb. *D. Gouan.* Entomologia *Linn.* vicem eandem non ſubivit. Nonnullis placuit *Syſtema* Tarſorum inſtrumentorumque Cibariorum. *Sex tantum ſectiones* admiſit *D. Geoff.* nam, ſub nomine *Tetrapterorum alis nudis*, Neuroptera & Hymenoptera *Syſtematis* ordinavit; aculei tamen defectu, unio minime naturalis videtur. In octo claſſes inſecta diviſit D. Fab. *Eleuterata*, *Ulonata*, *Syniſtata*, *Agonata*, *Unogata*, *Gloſſata*, *Rhyngota*, *Antliata*, Apterorumque claſſem a Natura indicatam rejecit. Hymenoptera & Neuroptera cum Apteris miſcuit, Libel-

Iulas cum Julis, Scolopendris, Acaris, Araneis; cætera Hymenoptera Neuropteraque cum Monoculis, Oniscis, Poduris indistincte ordinavit. In novi *Systematis* bonum, ni fallor, minime cedit singularis hæc aggregatio.

Immortali *Linnæo* objectat clarif. *Fabric.* quod characteres generum undequaque collegerit. *Perspexit perbene summus vir hunc* Systematis *defectum ideoque rarius nova genera condidit & magis habitui quam characteri confidit.* Si characteres e partibus oris quorum insectorum facile eruuntur, quis in minoribus & in minimis, sine improbo labore, etiam ad lentem eos agnoscet? Quædam genera *Linn.* Entomologiæ aliquando vacillari fatendum est; sed character semper adeo brevis est adeoque facile memoria custoditur, ut Entomologiam *Syst.* usque ad hoc tempus, tyronibus aliis omnibus faciliorem persuasum habeam.

Genera quædam nova feliciter addidit *D. Fab.* quædam autem alia minus utilia forsan judicabuntur. *Antennæ capitatæ capitulo fissili*, ab aliis Coleopteris Scarabæos sufficienter amovent: Trox, Melolontha, Trichius, Cetonia *D. Fab.* Copris *D.*

Geoff. aliaque ad illuſtrationem Entomologiæ an neceſſaria? Characteres *Syſt* Cerambycum, *D. de Geer.* nota ſpecifica aucti, hoc genus facile firmarent; *oculis enim lunaribus circa baſin antennarum poſitis* a Lepturis recedunt. E genere Chryſomelarum, Chryſ. *Elongatæ* ſub genere proprio non injuſte collocarentur; diviſio tamen tertia ſ. Chryſ. *corpore cylindrico* minime rejiciendæ Cryptocephalique nomen non admittendum; *nomina generica ſexquipedalia enunciata difficilia & nauſeoſa ſemper fugienda. Seſquipedalia dicimus verba, quæ plus quam duodecim litteras continent*, de *Cryptocephalis* D. Geoff. exemplum capiens, nomen nihilominus proſcriptum genuſque omnino inutile conſervavit celeb. Entomologus.

Omnia, inquit, *genera ſecundum leges artis & naturæ examinavi;* Acanthias tamen Reduvioſque a Cimicibus, Hepialos a Noctuis ſeparavit, licet horum generum characteres, etiam ab inſtrumentis cibariis ſumti, ad nova conſtituenda hæc genera vix ſufficiant; præterea decem *Linn.* ordinibus *Cimices* lucide explicantur. *Hepiali* veræ ſunt Noctuæ *Elingues*, antennis capite

thoraceque ſimul ſumtis, brevioribus, &c. noſtra opinio *D. de Geer* Entomologia roboratur; ab antennis enim quatuor Cimicum familias, quintam & ſextam a corporis forma notavit, Noctuæque *Elingues Syſt.* Phal. *D. de Geer* antennis filiformibus præcedunt.

Muſcarum genus numeroſiſſimum varii Entomologi in plurima alia diverſe partiti fuerunt, ſed licet *Stratyomis* nota ſpecifica a thoracis ſpinis ſumta, optima, Muſcas tamen *Filatas* in duas familias diſtribuendo, *Filatas* thorace inermi, &c. *Filatas* thorace armato, &c. genus novum ſuperfluum eſſet. *Naturales exiſtere inſectorum claſſes ſuadent ratio, detecta, obſervata, at nondum tempus eas elaborare, cum tyrones ſcientiæ adhuc ſimus.* Claſſes igitur *Syſt.* quarum nomina *optima* conſervandæ *uſquedum plurimis laboribus plurimiſque inventis gradatim ad naturales accedamus. Linnæanam* Entomologiam recentioribus Syſtematibus jure ac merito prætuli; nam *quamdiu Syſtematici quotidie novos generum characteres novoſque conceptus introducunt, tamdiu nunquam genera ſtabiliuntur, nulla ſcientiæ eſt certitudo & brevi tempore ad priſtinam*

barbaritiem redibit Entomologia. Fab. fundam. Entom.

Mutat genera Syſtematicus, nomina trivialia jam diu cognita aliis individuis ſæpius applicat; hac ponderoſa nomenclatura multiplicique ſynonymia laborioſa ſumptuoſaque neceſſario fit Hiſtoria Naturalis; quot enim icones explorandæ, quot libri emendi, ne inſectum cognitum ut novum offeratur? Non fert præterea omnia omnis tellus: quibuſdam regionibus individua prodiga manu largita eſt Natura, aliis parca diſtribuit; varia neceſſario peragranda climata, ut antiquæ reperiantur ſpecies, ut novæ detegantur; Litteratis tamen rariſſime favent Pactolydes Nymphæ.

Inſectorum inquiſitio valde laborioſa: pleraque minimo ſtrepitu ſeſe occultant; larvarum color obſervatorem ſæpe decipit, nonnullæ larvæ in locis fœtidiſſimis, in vegetalium truncis, aliæ in aquis, aliæ in larvis, aliæ in arboribus, aliæ in montibus, aliæ in apricis locis quærendæ; ſed pleraque inſecta nonniſi ſub ſole ardente volitant, tunc difficile capiuntur.

Inſecta Europæa ab aliis Entomologis deſcripta plurimaque nova addidi, ſynony-

miam auxi, ſed unicuique quod ad eum pertinet, attribui. Hæc Entomologiæ *Syſt.* editio deſcriptionibus *Faun. Suec.* locupletatur; opus rarum & neceſſarium. Quæ deſunt deſcriptiones, in Muſæo *Lud. Ulr.* hauſi aut ex aliis deſumſi aut de meo addidi; ſed novæ ſpecies fere ſemper propriis verbis Entomologi apparebunt.

Regionem Europæam a *Linn.* nimis coarctatam dilatavi plurimaque individua Europæ, ſunt reſtituta; ex. gr. Pap. *Fidia*, *Mnemoſyne*, *Belia*, *Eupheno*, *Rumina*; Sphinx *Cafra*; Lucanus *Capreolus*; Scarabæus *Sacer*; Hiſpa *Teſtacea*; Cicindela *Capenſis*; Myrmeleon *Barbarum*, *Libelluloides*, *Formicalynx*, &c. non ſolum ut Europæ, ſed ut Galliæ Auſt. incolæ præſentantur. Noſtri Muſæi inſecta indeſinenter ante oculos fuerunt ſive ad comprobandas ſpecies, ſive ad differentias indicandas: ubi dubium, Entomologos conſului præcipuorumque ex conſenſu ſynonymiam ſæpe emendavi. Experientia doctus, unumquodque volumen duplici indice terminatur: prior relationem Entomologiæ *DD. de Geer*, *Geoffroy Fabricii*que cum *Linnæi* Entomologia offert: nomina trivialia poſterior exerit.

Quo majori ſit hoc opus utilitati, compendio *Philoſophiam Ent.* feci quoſdamque *D. Fab.* canones enunciavi, ne tyrones, vi ſyſtematica rapti, novam methodum faciliorem credant, ne nova genera promptius admittant, ne nomina trivialia infeliciter imponant, ne varietates ſpecierum laude gratis decorantes, ſpecies novas citius offerant. Additiones, deſcriptiones, emendationes novæ *Mantiſſæ* illuſtriſſ. *Fabr.* aut in proprio loco reperientur, aut in appendice *tom.* 4. quidquid igitur ab Entomologis hodie cognitum eſt, Entomologiam *Linnæanam* exornabit.

Inſectum rarius uniuſcujuſque generis & uniuſcujuſque generis diviſionum tabulis expreſſum fuit; generis antennæ inſectum comitantur; eo Entomologiæ ſtudium facilius evadet. Licet diverſæ, ſub eodem nomine, ſpecies in variis operibus non raro deſcribantur, nomen triviale non fuit mutatum, ne ex hac mutatione confuſio oriretur.

Coleoptera Hemipteraque nova enumerando, Entomologorum deſcriptiones in primo volumine non additæ fuerant; ſed cum ſola diagonoſi ſpecies non facile determinantur *D.* que *Fab.* deſcriptiones mox in *Entomologia*, mox in prima *Mantiſ.* mox

in *Speciebus*, mox in *Appendicibus*, mox in secunda *Mantiſ.* reperiuntur, deſideratæ fuerunt quartumque volumen illuſtrabunt.

Quæ Galliam habitant inſecta, duplici modo indicata ſunt littera V. vel *Inſ. pariſ. Ent.*que *pariſ.* citationibus. Error forſan hic erit frequens; abſente enim nota ſpecifica *Linn.* etiam cum deſcriptiones non deſunt, individuorum in his operibus enumeratorum ad diviſiones *Syſt.* ambagioſa relatio. Eadem prorſus calamitas in Carnioliæ Entomologia, ex. gr. Muſcas in M. Nobiles, Plebeias & Muticas diviſit clariſſ. *D. Scop.* Nobiles & Plebeiæ ſunt vel plumatæ vel ſetariæ, differentia a tomento & pilis neglecta fuit. Quædam *Syſt.* genera inutiliter laceravit meritiſſimus Vir, alia etiam creavit *quæ, neſcio quid inſueti, produnt*, Anthrax, Erax, &c. Entomologorum perpetua hæc vacillatio ſcientiæ minime profuit. In favorem Entomologiam amore proſequentium inſecta *Linn.* incognita, more hujus viri immortalis, ordinare plurimum intereſſe arbitratus ſum; magnum opus tyronibus neceſſarium inchoavi, perficient Nepotes : ſi labor utilis, metam laborum aſſecutus ſum.

N. B. Noſtra Gallia Auſtralis a 45° latitudinis, id eſt, circa Lugdunum incipit & ad mare mediterraneum extenditur.

Trivialia nomina, exemplo *DD. de Geer*, *Geoffroy*que, ſæpius plurimis verbis Gallicis in primo volumine enunciata fuerunt, quod, amicorum conſilio, poſtea fere ſemper vitavi. Sic ubicumque legetur, Rufipes, *&c.* Mobilicornis, *&c.* Melanocephala, *&c.* 2 maculata, *&c.* legendum erit, *Rufipede*, *&c. Mobilicorne*, *&c. Bimaculée*, *&c.*

Licet valde curata fuerit hæc editio, errores fere inevitabiles pleroſque in tab. nomenclativa & in illuſtrationibus correxi, imprimis eos qui ad nomina trivialia pertinent, ſed ſequentes non emendati fuerunt.

Pag. 113, inter lin. 11 & 12, ſuppl. ex *Enum.*

pag. 125, *n.* 20, obſ. *Entomologici*, lege, *Entomologi.*

pag. 190, *n.* 66, inuſus, *le nonchalant*, lege, inciſus, *le ſillonné.*

pag. 357, lin. penult. tarſibus, lege, *tarſis.*

pag. 425, *n.* 4, dentes duæ acutæ, lege, *dentes duo acuti.*

pag. 433, *n.* 4, lin. 11, mantidis *perlæ*, mantidis *puſillæ*, lege, mantis *perlæ*, mantis *puſillæ.*

CLASSIS I.



CLASSIS I.

INSECTA.

In his tam parvis, atque tam nullis,
Quæ ratio! quanta vis!
Quam inextricabilis perfectio!
PLIN. XI 2.

ANIMALCULA polypoda, *Spiraculis* lateralibus respirantia, *Cute* ossea cataphracta; *Antennis* mobilibus sensoriis capitis instruuntur.

CORPUS horum dividitur in *Caput*, *Truncum*, *Abdomen*, *Artus*.

CAPUT plerisque distinctum, *instruitur* Oculis, Antennis, sæpiusque Ore; *destituitur* Cerebro, Naribus, Auribus.

Oculi plerisque bini, absque palpebris, simplices aut compositi, quibus vident colores.

Antennæ binæ, articulatæ, sensu nobis ignoto, sunt *setaceæ*, *filiformes*, *moniliformes*, *clavatæ*, *capitatæ*, *fissiles*, *pectinatæ*, *barbatæ*, corpore *breviores*, *longiores*, *mediocres*.

Palpi articulati, ori affixi, plerisque quatuor s. sex: articulis 2, 4, 3.

Os plerisque sub capite, quibusdam in pectore; *Rostro*, *Labio*, *Maxillis* transversis, *Dentibus*, *Lingua*, *Palato*; nonnullis os nullum.

Stemmata verticis puncta tria elevata nitida.

TRUNCUS, inter Caput & Abdomen, pedatus, *Thorace* supra *Dorso*, postice *Scutello*, subtus *Pectore* *Sternoque*.

ABDOMEN, Ventriculo, Inteſtinis, Viſceribusque fœtum, inciſuris 5, annulatum, *Spiraculis* poroſis lateribus pertuſum, ſupra *Tergo*, ſubtus *Ventre*, poſtice *Ano* terminatum.

ARTUS ſunt *Cauda*, *Pedes*, plurimiſque *Alæ*.

Cauda abdomen terminans, eſt vel ſolitaria ſ. *bicornis*; ſimplex ſ. armata *Forcipe*, *Furca*, *Seta*, *Chela* ſ. *Aculeo* ſimplici ſ. compoſito, lævi ſ. ſerrato.

Pedes Trunci Femoribus, *Tibiis*, Plantæ *Tarſis*, Digitis *Unguibus*; Manus (*Chela*) nonnullis, ſimplex Pollice mobili; Poſteriores pro uſu *curſorii*, *ſaltatorii*, *natatorii*.

Alæ duæ ſ. quatuor, ſunt vel *planæ*, *plicatiles*, *erectæ*, *patentes*, *incumbentes*, *deflexæ* ſ. *reverſæ*, *dentatæ*, *caudatæ*, *reticulatæ*, *maculis*, *faſciis*, *ſtrigis*, *lineis*, *punctis pictæ* ſ. *ſtigmatibus* notatæ, *ocellis* ornatæ, idque vel in *primoribus* vel *ſecundariis*, tam in *pagina ſuperiore*, quam *inferiore*.

Elytra (alæ ſuperiores) cruſtacea bina, ſæpius mobilia, *truncata*, *ſpinoſa*, *ſerrata*, *ſcabra*, *ſtriata*, *porcata*, *ſulcata*, *punctata*, tegentia alas inferiores. *Hemelytra* media quaſi alas inter & elytra.

Halteres ſub alis dipterorum ex petiolo capitati.

SEXUS *Mas* & *Femina* generant Perfecta.

Neutra nonnullis ſocietate fœderatis.

METAMORPHOSIS plurimis triplex, mutanda ſtructura, exutis ovi tunicis, una poſt alteram.

OVUM ſub minima mole veſicaria excluditur.

LARVA (Eruca) ſuccoſa, mollior, major, aptera, ſterilis, tardior, apoda, ſæpe ſæpeque polypoda, vorax alimento proprio.

PUPA (Nympha) ſiccior, coarctata, durior, *nuda* ſ. *folliculata*, ſæpe abſque ore, quæ vel *Pedata* 1, 2, 3, vel *Apoda* 4, 5.

Verboſitas, præſentis ſeculi calamitas artis Inſectorum, ut pauciloquium Vermium.

1. *Completa* omnibus partibus agilis. (Aranea, Acarus, Oniſcus.)

2. *Semicompleta* ſolis alarum rudimentis. (Gryllus, Cicada, Cimex, Libellula, Ephemera.)

3. *Incompleta* alis pedibuſque immobilis. (Apis, Formica, Tipula.)

4. *Obtecta* thorace abdomineque diſtincto corticata: (Lepidoptera) eaque vel nuda, vel folliculata.

5. *Coarctata* intra globum. (Muſca, Œſtrus.)

IMAGO revelata, declarata, perfecta generans, agilis, antennis inſtructa.

Triplex itaque ſtructura & cognitio ejuſdem animalis.

HÆC *Muta*, niſi alio proprio inſtrumento ſonora; *Surda*, ſtridorem ætheris licet percipiant; *Plura* ubique plantarum ſpeciebus, ſed ob patentiorem ſibi regionem in orbe pauciora: *Tropica*, *Arctica* & hodie ignota *Antarctica*; ſingula demum *Minima* annua, exceptis aquaticis, ſed univerſa maximæ molis animantia, effectuque pariter maxima, ſed magis occulto magiſque diſperſo, ideoque minus coërcendo; totidem etenim ſunt Naturæ annui miniſtri, propriis negotiis peragendis præfixi, quot muniis ſufficiant, proportionem inter plantas ſervando, erronea, ſuperflua, mortua, putrida conſumendo, aliis demum, imprimis avibus, in alimentum cedendo.

HABITANT inſecta in iis tantum plantis, e quibus victitant (non in quibus), occurrunt, unde ſæpius nomina *Trivialia* optima, ut ars cum *Politia naturæ* combinetur; aliis alia muneribus præfixa præparant, purgant, deſtruunt neceſſaria.

ENTOMOLOGI præſtantiores figuris, proprietatibus, attributis inclaruere.

Veteres *Mouffetus*, *Aldrovandus*, *Jonſtonus*.

Metamorphoſii *Gœdart*, *Meriana*, *Albinus*, *Friſch*, *Rœſel*, *Wilkes*, *Ammiral*, *Harris*.

Philoſophi *Swammerdam*, *Reaumur*, *De Geer*, *Bonnet.*

Eſp. Iconographi *Clerck*, (*) *Hæffnagel*, *Bradlæus*, *Robert*, *Petiver*, *Schæffer.*

Deſcriptores *Rajus*, *Fauna ſuecica (edit. 2. Holm. 1761. oct. Muſeum Reginæ. Holm. 1764.)*

Monographi *Liſter*, *Schæffer*, *Clerck.*

Syſtematici *Syſtema naturæ*, *Poda*, *Sultzer*, *Geoffroi*, *Scopoli*, *Gronovius*, *Fabr.*

ORDINES inſectorum ab Alis deſumſi.

- Alæ 4.
  - Superiores
    - cruſtaceæ ſutura recta. *Coleoptera* 1.
    - ſemicruſtaceæ incumbentes. *Hemiptera* 2.
  - Omnes
    - imbricatæ ſquamis. *Lepidoptera* 3.
    - membranaceæ.
      - ano inermi *Neuroptera* 4.
      - ano aculeato *Hymenoptera* 5.
- Alæ 2, Halteres loco poſticarum - - *Diptera* 6.
- Alæ 0 ſ. abſque Alis & Elytris - - *Aptera* 7.

Quæſo ne hæc legentes,
Quoniam in his ſpernunt multa
Etiam relata faſtidio damnent,
Cum in contemplatione naturæ
Nil poſſit videri ſupervacaneum.

PLIN.

(*) Clerckii icones inſectorum, *pulcherrimum opus*, *quod etiamnum vidit orbis literatus. Acad. Reg. Scient. Holmenſ. hoc ab interitu vindicavit.*

Deſcriptiones *ſpecierum dedi in Fauna ſuecica*, *Amæn. Acad. & Muſeo Reginæ.*

CHARACTERES INSECTORUM.

I. COLEOPTERA.

* *Antennis clavatis extrorſum incraſſatis.*

1 SCARABÆUS	*Antennæ* clava fiſſili. *Tibiæ* anticæ dentatæ.
2 LUCANUS	*Antennæ* clava compreſſa: latere latiore fiſſili.
3 DERMETES	*Antennæ* clava perfoliata. *Caput* inflexum ſub thorace vix marginato.
4 HISTER	*Antennæ* clava ſolida. *Caput* retractile intra thoracem.
5 BYRRHUS	*Antennæ* clava ſolida, ovata.
6 GYRINUS	*Antennæ* rigidulæ. *Oculi* quatuor.
7 ATTELABUS	*Caput* poſtice attenuatum.
8 CURCULIO	*Antennæ* inſidentes. *Roſtro* corneo.
9 SILPHA	*Thorax* Elytraque marginata.
10 COCCINELLA	*Antennæ* clava obtuſa. *Palpi* clava truncata.

** *Antennis filiformibus.*

11 BRUCHUS	*Antennæ* filiformes, extrorſum craſſiores.
12 CASSIDA	*Corpus* ovatum. *Elytra* marginata. *Caput* tectum clypeo.
13 PTINUS	*Thorax* caput recipiens. *Antennæ* articulis ultimis longioribus.
14 CHRYSOMELA	*Corpus* ovatum, immarginatum.
15 HISPA	*Antennæ* porrectæ, approximatæ, fuſiformes.
16 MELOE	*Thorax* ſubrotundus. *Caput* gibbum, inflexum.

Genera Naturalia Auctorum, *metamorphoſi demonſtranda, vitam Scientiæ largiuntur.*

Genera Falſa Tyronum, *ex lubrico principio deducta totidem fœtidiſſimis ulceribus artem pulcherrimam commacularunt.*

17	TENEBRIO	*Thorax* marginatus. *Caput* exſertum. Corpus oblongum.
18	LAMPYRIS	*Elytra* flexilia. *Thoracis* clypeus caput obumbrans recipienſque.
19	MORDELLA	*Laminæ* ad baſin abdominis. *Caput* inflexum.
20	STAPHYLINUS	*Elytra* dimidiata alas tegentia. *Veſiculæ* 2 ſupra caudam exerendæ.

*** *Antennis ſetaceis.*

21	CERAMBYX	*Thorax* lateribus mucronato-calloſus.
22	LEPTURA	*Elytra* apice attenuata. *Thorax* teretiuſculus.
23	CANTHARIS	*Elytra* flexilia. *Abdomen* lateribus plicato-papilloſum.
24	ELATER	*Pectoris* mucro e poro abdominis reſiliens.
25	CICINDELA	*Maxillæ* exſertæ, dentatæ. *Oculi* prominuli.
26	BUPRESTIS	*Caput* intra thoracem retractum.
27	DYTISCUS	*Pedes* poſtici ciliati natatorii.
28	CARABUS	*Thorax* obcordatus, poſtice truncatus.
29	NECYDALIS	*Elytra* dimidiata : alis nudis.
30	FORFICULA	*Elytra* dimidiata : alis tectis. *Cauda* forcipata.

II. HEMIPTERA.

31	BLATTA	*Os* maxilloſum. *Alæ* coriaceæ, planæ. *Pedes* curſorii.
32	MANTIS	*Os* maxilloſum. *Pedes* antici ſerrati : ungue unico.
33	GRYLLUS	*Os* maxilloſum. *Pedes* poſtici ſaltatorii.
34	FULGORA	*Roſtrum* inflexum. *Frons* producta, inanis. *Antennæ* capitatæ.
35	CICADA	*Roſtrum* inflexum. *Pedes* poſtici ſaltatorii.
36	NOTONECTA	*Roſtrum* inflexum. *Pedes* poſtici natatorii. (ciliati)

37 NEPA	*Roſtrum* inflexum. *Pedes* antici cheliferi.
38 CIMEX	*Roſtrum* inflexum. *Pedes* curſorii.
39 APHIS	*Roſtrum* inflexum. *Abdomen* bicorne.
40 CHERMES	*Roſtrum* pectorale. *Pedes* poſtici ſaltatorii.
41 COCCUS	*Roſtrum* pectorale. *Abdomen* poſtice ſetoſum maribus.
42 THRIPS	*Roſtrum* obſoletum. *Alæ* incumbentes abdomini reflexili.

III. LEPIDOPTERA.

43 PAPILIO	*Antennæ* extrorſum craſſiores. *Alæ* erectæ.
44 SPHINX	*Antennæ* medio craſſiores.
45 PHALÆNA	*Antennæ* introrſum craſſiores.

IV. NEUROPTERA.

46 LIBELLA	*Cauda* forcipata. *Os* multi-maxilloſum. *Alæ* extenſæ.
47 EPHEMERA	*Cauda* ſetis 2. ſ. 3. *Os* edentulum. *Alæ* erectæ.
48 MYRMELEON	*Cauda* forcipata. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.
49 PHRYGANEA	*Cauda* ſimplex. *Os* edentulum. *Alæ* deflexæ.
50 HEMEROBIUS	*Cauda* ſimplex. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.
51 PANORPA	*Cauda* chelata. *Os* roſtratum. *Alæ* incumbentes.
52 RAPHIDIA	*Cauda* filo 1. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.

V. HYMENOPTERA.

53 CYNIPS	*Aculeus* ſpiralis!
54 TENTHREDO	*Aculeus* ſerratus! bivalvis.

55 SIREX	*Aculeus* ferratus fub *abdominis* fpina terminali.
56 ICHNEUMON	*Aculeus* exfertus! triplex.
57 SPHEX	*Aculeus* punctorius. *Alæ* planæ. *Os* elingue.
58 CHRYSIS	*Aculeus* punctorius. *Abdomen* fubtus fornicatum.
59 VESPA	*Aculeus* punctorius. *Alæ* fuperiores plicatæ.
60 APIS	*Aculeus* punctorius. *Lingua* inflexa!
61 FORMICA	*Aculeus* obfoletus. *Alæ* neutris nullæ!
62 MUTILLA	*Aculeus* punctorius. *Alæ* neutris nullæ.

VI. DIPTERA.

63 ŒSTRUS	*Os* claufum f. nullum.
64 TIPULA	*Os* labiis lateralibus. *Palpi* quatuor.
65 MUSCA	*Os* probofcide edentulum.
66 TABANUS	*Os* probofcide dentibufque conniventibus.
67 CULEX	*Os* roftro nutante fiphoniformi. *Stemmata* 0.
68 EMPIS	*Os* roftro inflexo.
69 CONOPS	*Os* roftro porrecto geniculato.
70 ASILUS	*Os* roftro porrecto fubulato.
71 BOMBYLIUS	*Os* roftro porrecto fetaceo.
72 HIPPOBOSCA	*Os* roftro fubnutante breviffimo. *Stemmata* 0.

VII. APTERA.

* *Pedibus fex; Capite a Thorace difcreto.*

73 LEPISMA	*Cauda* fetis exfertis.
74 PODURA	*Cauda* bifurca inflexa faltatrix.
75 TERMES	*Os* maxillis duabus.
76 PEDICULUS	*Os* aculeo exferendo.
77 PULEX	*Os* roftro inflexo cum aculeo. *Pedes* faltatorii.

** *Pedibus* 8-14, *Capite Thoraceque unitis.*

78 ACARUS	Oculi 2.	Pedes	8.	Palpi.
79 PHALANGIUM	Oculi 4.	Pedes	8.	Palpi chelati.
80 ARANEA	Oculi 8.	Pedes	8.	Palpi clavati.
81 SCORPIO	Oculi 8.	Pedes	8.	Palpi chelati.
82 CANCER	Oculi 2.	Pedes	10 :	primo chelato.
83 MONOCULUS	Oculi 2.	Pedes	12 :	decem chelatis.
84 ONISCUS	Oculi 2.	Pedes	14.	

*** *Pedibus pluribus. Capite a Thorace difcreto.*

85 SCOLOPENDRA	*Corpus* lineare.
86 JULUS	*Corpus* fubcylindricum.

In nova fert animus mutatas dicere formas corpora.



FAMILIA PRIMA.

COLEOPTERA.

ELYTRA ALAS TEGENTIA.

GENUS PRIMUM.

SCARABÆI.

ANTENNÆ CLAVATÆ CAPITULO FISSILI.

TIBIÆ ANTICÆ SÆPIUS DENTATÆ.

* *Thoracæ cornuto. t.* 1. *f.* 1.

Typhœus. 1. Sc. scut. (phalangiste.) thorace tricorni: intermedio minore, lateralibus porrectis longitudine capitis, capite mutico. *Mus. Lud. Ulr.* 8.* *Gron. zooph.* 423.
Mouff. ins. 152. *f.* 2. Tauroceros.
Raj. ins. 103. Scarabæus ovinus 2.
Frisch. ins. 4. *t.* 8.
Geoff. le phalangiste.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 4. ♂
t. 5. *f.* 1. ♀
De Geer. ins. 4.
Voet. scar. t. 19. *f.* 124. 125.
Fab. 10.
Petiv. gazoph. t. 23. *f.* 3.
Hab. in Anglia, Hispania. *Osbeck.* in Gallia Geoff. V. Variat colore & cornuum longitudine.

Obf. larva in fimo vaccino, frequens circa Lugdunum.

Corpus *magnitudine S. ftercorarii*, *atrum.* Caput *anguftum*, *muticum*, *depreffum*, *lateribus villofum.* Antennæ *capitulo fubgrifeo.* Thorax *glaber Spinis tribus: lateralibus porrectis*, *acutis*, *longitudine capitis; intermedia breviore*, *erectiore.* Elytra *ftriata.* Sexus *alter loco fpinarum gerit tantum rudimenta truncata.* Tibiæ *admodum pilofæ.*

Lunaris. 2. Sc. exfcut. (le lunaire) thorace bicorni: intermedio obtufo bifido, capitis cornu erecto; clypeo emarginato.

* *Scop. carn.* 22. *Gron. zooph.* 453. *

Faun. fuec. 1. *p.* 341. Scarabæus thorace fubmutico, capite lunato: corniculo emarginato.

Pet. gaz. t. 83. *f.* 4.

Frifch. inf. 4. *t.* 7.

Ræf. inf. 2. *fcar.* 1. *t. B. f.* 2.

Poda gr. p. 18. *fp.* 3.

Enum. 1.

Müller. lin. naturf. cl. V. p. 56.

Geoff. coprif. 1.

De Geer. le lunaire.

Voet. fcar. t. 25. *f.* 24. 25. *t.* 26. *f.* 26.

Schæff. icon. t. 63. *f.* 2. 3. ♂ ♀

Hab. in Europa. In Galliæ ftercoratis.

Sexus varietas Thorace retufo lævi abfque corniculis thoracinis, quare difficilius primum dignofcitur. Omnibus Thorax linea exaratus. Clypeus lunaris, emarginatus tantum.

Defc. facies fcarabæi ftercorarii: *caput* tegitur clypeo lunato, magno, margine elevato, antice emarginato, in cujus medio *corniculum* breve emarginatum.

Thorax gibbus, lævis, in medio margine acuto prominulo, longitudinaliter linea exaratur; elytra lævia, ſingula 7. ſ. 8. ſulcis minus profundis. (*Faun.* 379.)
Obſ. variat raro colore Caſtaneo V.

Cylindricus. 3. Sc. ſcut. (le cylindrique) tab. 1. f. 1, thorace antice truncato quinquedentato, capite antice cornu erecto, corpore cylindrico. *
De Geer. ſcar.
Fab. 29.
Voet. ſcar. t. 20. *f.* 131.
Schæff. icon. t. 201. *f.* 1. 2. *an?*
Hab. in Europa. In montibus Cebennis ſub cortice Fagi V.
Deſc. niger. parvus cylindricus: cornu ex apice roſtri erectum, antice glabrum, pone villis fulvis hirtum. *Thorax* cylindricus, craſſus, ſupra glaber, antice excavato-truncatus, margine quinquedentato, quorum dens intermedius utrinque cavitate diſtinctus. *Scutellum* minutum. *Elytra* ſulcata punctis excavatis ſcabra. *Faun.* 380.
Obſ. cornu fœminæ brevius V.

Mobilicornis. 4. Sc. ſcut. (à corne mobile) thorace quadri-dentato, capitis cornu recurvo mobili. *Fab.* 38.
Hab. Herfordiæ Anglorum: prope Lugdunum, lectus in arenoſis V.
Deſc. elytra-ſtriato-punctata. Scar. typhæo triplo minor V.

** *Thorace inermi, capite cornuto. t.* 1. *f.* 2.

Naſicornis. 5. Sc. ſcut. (le nazicorne) thorace prominentia triplici, capitis cornu incurvato, antennis heptaphyllis. *Scop. carn.* 14.

Mouff. inf. 53.
Imperat. nat. 924. *f.* 1. 2. & 125. *f.* 3. 4.
Hœffn. pict. t. 13. *f. antepenult.*
Olear. muf. 27. *t.* 16. *f.* 4.
Jacob. muf. 1. *S.* 5.
Jonft. inf. t. 15. *f.* 2.
Swammerd. bibl. t. 27. *f.* 1. 2.
Ræf. inf. 2. *fcar.* 1. *t.* 7. *f.* 8. 10.
De Geer. 1.
Geoff. 1.
Fab. 33.
Enum. 2.
Drury. t. 34. *f.* 7. 8.
Voet. t. 18. *f.* 120. 121.
Hab. in Europæ vaporariis. In Gallia.
Fœmina thorace rotundato, vix retufo; minime cornuto.
Defc. fimillimus fcar. monoceroti, fed abfque thoracis concavitate longitudinali. Pedum anteriorum dentes obtufi, excepto primo. *Faun.* 378.
Obf. Feminæ cornu deeft, fed ejus loco gibbus cum denticulo in apice; defunt quoque thoracis tubercula; adeft eorum loco ruga elevata tranfverfa. *Schrank.* antennis 3-phyllis. *De Geer.*

Sacer. 6. Sc. exfc. (le facré) clypeo fexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis pofticis ciliatis, vertice fubbidentato. *Muf. Lud. Ulr.* 13. * *Amœn. acad.* 6. *t.* 3. *f.* 170.
Osbeck. iter. 51. Scarabæus lævis, thorace inermi, capite antice fexdentato.
Læfl. it. 20. Scarabæus pilularius niger, clypeo antice ferrato, elytris nebulofe maculatis fubmollibus planiufculis.
De Geer. inf. 7. 36.
Voet. fcar. t. 27. *f.* 39. 40.
Petiv. gazop. t. 42.
Sulz. hift. inf. t. 1. *f.* 3.

Fab. 139.

Hab. in Ægypto, Mauritania, Italia, Hifpania, in Gallia Auftrali paulo minor. V.

Cornuum rudimenta in mare. Thoracis latera margine obfolete crenulata & ciliata. Femora poftica fæpius dente obtufo notata. Iter oculos puncta 2 prominula.

Hic in columnis antiquis Romæ exfculptus ab Ægyptiis.

Hifpanus. 7. Sc. exfc. (l'Efpagnol) thorace mutico, clypeo cornuto emarginato, elytris ftriatis, femoribus fecundis remotiffimis. *Muf. Lud. Ulr.* 12. *

Pet. gaz. 13 *t.* 8. *f.* 4. Rhinoceros lufitanicus niger fplendens, vaginis ftriatis.

Ræf. inf. fcar. 1. *t. B. f.* 2?

Fab. 130.

Hab. in Hifpania, Lufitania, Barbaria, in Gallia Auftrali. V.

Simillimus S. lunari, fed major; Thorax tranfverfe retufus abfque finubus, nec linea exaratus. Clypei emarginatura convenit, qua ambo differunt a S. Moloffo.

Granarius. 8. S. fcut. (des grains) niger, thorace inermi: clypeo tuberculato, elytris fubftriatis margine poftico teftaceis.

Fab. 70.

Hab. in Europa. In Gallia V.

Defc. magnitudino feminis tritici. Clypeus tuberculo folitario.

Obf. 1. *Elytra* interdum ultra dimidium teftacea F.

Obf. 2. Scar. hæmorrhoidalis varietas, tefte F. Sed rite?

Magnitudo Seminis Tritici. Clypeus tuberculo folitario.

Nuchicornis. 9. S. exfc. (à nuque épineufe) thorace

inermi rotundato occipite ſpina erecta armato. *
It. gotl. 41. Scarabæus capite thoraceque atro opaco, elytris cinereis nigro nebuloſis.
Raj. inſ. 108. *n.* 12.
Schæff. 1758. *t.* 3. *f.* 9 - - 15.
Roeſ. inſ. ſcar. t. A. f. 4.
Gron. zooph. 454.
De Geer. 9.
Geoff. le petit bouſier noir cornu.
Poda gr. p. 18. *ſp.* 2.
Fab. 132.
Enum. 3.
Schæff. icon. t. 96. *f.* 1.-*t.* 33.-*f.* 45. *t.* 96. *f.* 1.
Hab. in Europa. Ubique in Gallia in Stercoribus V.
Fœmina tantum a tergo cornuta, mas muticus.
Deſc. ſimillimus ſcar. bovino, ſed elytra ſubferruginea punctis nigris irrorata. *Scutellum* nullum. *Faun.* 381.
Obſ. Thorax & caput ſemper nigro ænea, punctis impreſſis copioſis ad lentem conſperſa. *Schrank.*

Vacca. 10. Sc. exſc. (la vache) thorace inermi, retuſo occipite ſpina gemina erecta.
Fab. 126.
Schæff. inſ. t. 73. *f.* 4. 5. ♂ ♀
Schroet. miſcell. 1. *t.* 3. *f.* 5.
Hab. in Gallia Auſtrali *D. Gouan* prope Nemauſum V.
Simillimus S. nuchicorni Thorace æneo, Elytris fuſcis : atomis fuſcis ; ſed differt Thorace *antice retuſo : medio prominulo ſubemarginato ; Capitis occipite non* ſpina *unica longa, ſed 2 brevibus, erectis, nonnihil diſtantibus.*

Taurus. 11. S. exſc. (le Taureau) thorace inermi occipite cornibus binis reclinatis.
Scop. carn. 25. Scarabæus illyricus.
Schæff. ſcar. 1758. *t.* 3. *f.* 7. 8.
Schreber inſ. 1. *f.* 6. 6. 7. Scarabæus *Taurus* capite cornibus duobus lunatis lateralibus.
Schæff. icon. 73. *f.* 2. 3.
Ovinus raj. inſ. 103. 2.
Geoff. le bouſier à cornes retrouſſées.
Voet. ſcar. t. 24. *f.* 16.
Fab. 125.
Sultz. hiſt. inſ. t. 1. *f.* 3.
Hab. in Germania *Schæff. Schreber.* In Gallia Auſtrali *Gouan.* & alibi.
Simillimus S. nuchicorni, ſed Spinæ ſ. Cornua *filiformia, diſtantia, arcuata, thoraci fere incumbentia.*

Biſon. 12. S. exſc. (le Biſon) *t.* 1. *fig.* 2. thorace antico mucronato, vertice capitis cornibus binis lunaribus.
Fab. 115.
Hab. in Gallia Auſtrali *D. Gouan.* In Hiſpania. Prope Lugdunum V.
Corpus *atrum, S. ſtercorario minus.* Caput *ſemi-ovale, margine levato faſciolaque elevata, cui incident cornua* 2 *diſtantia, incurva, erectiuſcula, capite longiora.* Thorax *lævis, anticis valde retuſus, ſupra antrorſum exiens in mucronem obtuſiuſculum, longitudine capitis, ad ſcutelli locum in thorace puncta* 2 *impreſſa.* Elytra *ſtriata, fere breviora* Abdomine, *ſubtus ferrugineo-pubeſcente.* Antennæ *clava ferruginea*
Obſ. Thorax poſtice punctis duobus impreſſis : Fœminæ thoracis margine antico carinato, elevato, mucroneque capitis parvo diſtincto F.

Subterraneus.

Subterraneus. 13. S. exſc. (le ſouterrein) thorace inermi glabro, capite tuberculis tribus, elytris ſtriis crenatis. *

Gadd. ſatag. 76. Scarabæus niger, capitis clypeo lunato tribus tuberculis notato.

Sultz. inſ. t. 1. *f.* 2.

De Geer. 12.

Enum. 7. inter muticos.

Fab. 58.

Müll. Lin. Naturſ. cl. V. p. *66.*

Hab. in Europa. In fimetis Galliæ frequens V.

Deſc. parvus, niger; clypeus obtuſiſſimus. *Thorax* punctis rarioribus adſperſus. *Elytra* ſtriata ſtriis ſingularibus excavato-punctatis. *Faun.* 382.

Obſ. affinis ſcar. foſſori, at multo minor F.

Erraticus. 14. S. ſcut. (l'Errant) thorace inermi lævi, capite tuberculo unico, elytris teſtaceis. *

De Geer. 15.

Fab. 66.

Schæff. icon. t. 26. *f.* 9.

Hab. in Europa, forte & in India. In Galliæ viis V.

Deſc. Thorax convexus, lævis, uti totum corpus nigrum elytra teſtacea. *Faun.* 383.

Foſſor. 15. S. ſcut. (le Foſſoyeur) thorace inermi ſubretuſo, capite tuberculis tribus: medio ſubcornuto. *

De Geer. 8.

Geoff. la tête armée.

Voet. ſcar. t. 21. *f.* 141.

Fab. 59.

Hab. in Europæ collibus. In Gallia.

Schæff. icon. 144. n°. 7. an?

Deſc. Corpus odore moſchi, totum atrum, glabrum, læve, nitidum. *Elytra* oblonga, concolorata, ſtriata, ſed vix conſpicua,

Antennæ lamellatæ. *Alæ* fuſcæ. *Thorax* valde convexus. *Faun.* 384.
Obſ. in capite tria tubercula tranſverſe poſita.

Fimetarius. 16. S. ſcut. (des fumiers) thorace inermi, capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro. *Scop. carn.* 20. 21.
Faun. ſuec. 1. *p.* 355. Scarabæus capite thoraceque nigro, antennis elytriſque rubris.
Schæff. 1758. *t.* 3. *f.* 17. 18. 19.
Friſch. inſ. 4. *t.* 19. *f.* 3.
Rœſ. inſ. 2. *ſcarab. t. A. f.* 3.
β. Scarabæus capite thoraceque nigro glabro, elytris griſeis, pedibus pallidis. *It. œl.* 41.
Uddm. diſſ. n. 2.
Schæff. t. 144. *f.* 68.
Geoff. 18.
De Geer. 10.
Fab. 64.
Enum. 4.
Voet. ſcar. t. 21 *f.* 147.
Müll. Lin. Naturſ. cl. V. p. 67.
Hab. in Europæ ſtercoratis. In Gallia.
Deſc. Caput nigrum, clypeatum, ſubrotundum. *Thorax* niger marginatus, lateribus pallidis. *Elytra* griſea aut rubra ſtriis ſingula notata. *Pedes* griſeo-pallidi. *Faun.* 389.
Obſ. 1. Variat magnitudine & colore.
Obſ. 2. n°. 11. De Geer. non ſynonimus, ut larvis apparet V.
Obſ. 3. Sexus alter tuberculis caret.

Hæmorrhoidalis. 17. S. ſcut. (l'hémorrhoïdal) thorace inermi, capite tuberculato, elytris apice rubris.
Faun. ſuec. 1. *p.* 358. Scarabæus ater, elytris poſtice ferrugineis, pedibus rufis.

De Geer. 17.
Enum. 8.
Hab. in Europæ fungis & putridis. In Gallia A. V.
Desc. magnitudine seminis milii ; *totus* ater, lævis. *Elytra* striis excavatis postice versus marginem rufescentia. *Pedes* & *Femora* obscure rufa. *Faun.* 386.
Obs. 1. Tuberculis capitis vix visibilibus.
Obs. 2. An scar. Granarii varietas, ut putat D. Fabr. an species distincta ? V.

Conspurcatus. 18. S. scut. (le barbouillé) thorace inermi, marginibus lateralibus albidis, capite tuberculato, elytris lividis nigro maculatis. *
De Geer. 13.
Enum. 5.
Geoff. Scarabé gris de bouses.
Fab. 67.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 8.
Voet. scar. t. 21. *f.* 144.
Raj. ins. 108.
Hab. in Europæ stercorariis primo vere. In Gallia.
Desc. parvus, niger S. fuscus. *Elytra* lurida S. glauca punctis 2. 5. 8. 7. oblongiusculis. Thoracis latera pallida. *Faun.* 387.
Ex spec. D. F.

Silenus. 19. S. sc. (Silene) thorace inermi, capitis cornu recurvo, elytris lævissimis, *t.* 1. *f.* 3.
Voet. scar. t. 18. *f.* 119.
Forsk. cent. 1. 1. 1.
Hab. in Gallo-provincia. In Gallia A. V.
Obs. 1. Affinitas S. nasicornis at duplo minor.

Obſ. 2. Feminæ cornu brevius V.

Scybalarius. 20. S. ſcut. (la tache marginale) thorace inermi, capite tuberculis tribus, intermedio acuto, elytris ſtriatis teſtaceis.
Hab. in Germania. *Muſ. D. Banks.*
Obſ. Minor ſcar. foſſore.

Terreſtris. 21. S. ſcut. (terreſtre) thorace inermi capite tuberculis tribus elytris ſtriatis.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.* In Gallia V.

Teſtaceus. 22. S. ſcut. (teſtacée) capite tuberculato elytris puncto ſtriatis.
Hab. in Angliæ ſtercorariis. *D. Lee.* In Gallia V.

Bicolor. 23. S. ſcut. (à tubercule recourbé) thorace ſubinermi capite tuberculo unico, elytris nigris, abdomine rufo.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Sordidus. 24. S. ſcut. (à corcelet bordé) capite tuberculato, thorace nigro margine pallido puncto nigro elytris griſeis.
Hab. in Angliæ ſtercore.

Luridus. 25. S. ſcut. (gris ſtrié de noir) capite tuberculato elytris griſeis nigro ſtriatis.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

Vitulus. 26. S. exſc. (le veau) thorace quadri-dentato, occipite cornubus duobus erectis brevibus, corpore atro.
Hab. in Auſtria. *D. Schultz.*

Verticicornis. 27. S. exſc. (à corne très-courte) thorace inermi griſeo nigro punctato, capitis cornu breviſſimo.

Hab. in Anglia *Muf. D. Tunftall.* In Gallia V.
Obf. Maculis nigris tranfverfe pofitis in fingulo elytro V.

Lemur. 28. S. exfc. (à quatre petites dents au corcelet) quadri-dentato cupreo, clypeo poftice tranfverfe carinato, elytris teftaceis.
Hab. Lipfiæ. *D. Leske.* In Gallia V.
Ex opere D. de Geer.

Ater. 29. S. fcut. (noir) Niger, toto corpore abbreviato, capite tuberculis tribus, elytris læviter ftriatis.
Hab. in Europa. In Gallia V.
Ex noft. muf.

Maculatus. 30. S. fcut. (tacheté) thorace 4. tuberculato capite tranfverfe armato.
Hab. in Gallia A.
Defc. Lutefcens, admodum convexus, elytris maculis 5. nigrefcentibus, tibiis antiris 4. dentatis.
*** Mutici capite & thorace inermi.

Laticollis. 31. S. exfc. (le hottentot) muticus niger, clypeo fexdentato, elytris fulcatis.
Geoff. Copris 2.
Fab. 140.
Voet. fcar. t. 27. *f.* 141.
Schæff. icon. 201. *f.* 3.
Sulz. hift. inf. t. 1. *f.* 6.
Hab. in China. In Gallia.
Corpus *S. facro fimillimum, fed* ½ *minus.* Clypeus *fexdentatus abfque cornu rudimento.* Oculi *dimidii fupra & dimidii infra clypeum.* Thorax *fuborbiculatus, valde convexus, lævis, coleoptris latior.* Elytra *fulcis feptem.*

Pilularius. 32. S. exſc. (le pillulaire) muticus niger opacus lævis, ſubtus æneus, thorace poſtico rotundato. *M. L. U.* 19. *
Ariſt. lib. 5. *c.* 18.
Plin. nat. 11. 34. Pilularius.
Raj. inſ. 105. *n.* 1.
Catesb. car. 3. *t.* 11. F. ſiniſtra.
De Geer. ſcar. exotique 7.
Drury. inſ. 4. *t.* 18. *f.* 14.
Fab. 149.
Schæff. icon. t. 3. *f.* 7.
Hab. in Italia, Hiſpania. In Gallia A. V. *occupatus quotidie Siſyſyphi inſtar volvit globum e ſtercore imprimis humano confectum, ſe ſæpius ſepties majorem, alter alterumve juvat. Vide Løfl. it.* 20.
Corpus *magnitudine & ſtatura S. ſtercorarii ſ. S. vernalis : ſupra atrum, opacum; ſubtus æneum.* Elytra *minime ſtriata aut punctata.* Clypeus *capitis ovatus, maxillis brevior.*

Schæfferi. 33. S. exſc. (le ſchefférien) muticus, thorace rotundato, clypeo emarginato, elytris triangulis, femoribus poſticis elongatis dentatis. *Schæff. inſ.* 1758. *t.* 3. *ſ.* 20.
Scop. carn. 84. Scarabæus longipes.
Geoff. Copris 9.
Fab. 148.
Voet. ſcar. t. 25. *f.* 17.
Schæff. icon. t. 3. *f.* 8.
Hab. in Germania. *Schæfferus.* In Gallia.
Corpus *magnitudine S. horticolæ, nigrum.* Capitis clypeus *rotundatus, emarginatus.* Thorax *convexus.* Elytra *brevia, poſtice coarctata gibbaque, unde abdomen quaſi in fauce inter elytra & pedes.* Pedes *poſtici admodum longi : Femoribus ſubtus baſi poſticeque dente; Tibiis curvatis.*

Stercorarius. 34. S. ſcut. (ſtercoraire) muticus ater glaber, elytris ſulcatis, capite rhombeo: vertice prominulo. *

Mouff. inſ. 151. Scarabæus ſtercorarius.
Liſt. mut. 17. *f.* 4.
loqu. 380. *n.* 4.
Friſch. inſ. 4. *t.* 13. *f.* 6.
Raj. inſ. 90. *n.* 7. & 74. *n.* 1.
Baub. ballon. 212. *f. ultim.*
De Geer. 4.
Geoff. Le grand pillulaire.
Fab. 74.
Enum. 23.
Voet. ſcar. t. 20. *f.* 134.
Schæff. icon. t. 23. *f.* 9.
Poda gr. p. 18.
Scop. 26.
Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Niger eſt a tergo & glaber: Subtus ad femora villoſus.

Caput clypeo munitum Rhomboide obtuſo medio elevato, ac ſi eſſet ſquama. *Antennæ* clavatæ, capitulo trifolio, caule rubicundo, bulbo S. infimo articulo piloſo. *Thorax* lævis non punctatus, in medio verſus poſteriora excavatus. *Elytra* atra ſtriis plurimis; *Subtus* eſt totum animalculum atro-cœruleſcens; in femorum primorum antica parte macula magna ferruginea, villoſa. *Os* duabus maxillis, adſperſis hirſutie ferruginea. *Faun.* 388.

Perforat terram aridam ſub ſtercore, Acaris obnoxius. Suſurro volitante frequentique veſpertino indicat proximum ſerenum fore diem. Varietas nobis ferruginea. V.

Vernalis. 35. S. ſcut. (le printannier) muticus, elytris glabris læviſſimis, capitis clypeo rhombeo: vertice prominulo.

Degeer. 5.

Geoff. Le petit pillulaire.
Fab. 75.
Scop. 7.
Enum. 24.
Poda gr. p. 19.
Schæff. icon. t. 23. *f.* 1. *an.?*
Sulz. hiſt. inſ. t. 1. *f.* 6.
Voet. ſcar. t. 20. *f.* 135.
Hab. in Europa : In Gallia. Trahit ſtercora ovium ad foramina uti præcedens.
Deſc. Differt a præcedente 1°. magnitudine qua priori cedit. 2°. Elytris non ſulcatis. 3°. Colore cyaneo S. cœruleo nitido. 4°. Tempore ſolo vernali. 5°. Antennis totaliter nigris, nec femoribus macula ferruginea. *Faun.* 389.
Obſ. Moſchum olet.

Schreberi. 36. S. exſc. (le ſchrébérien) muticus ater glaber, elytris maculis duabus femoribuſque rubris.
Geoff. Le bouſier à points rouges. *Copris* 7.
Schæff. icon. t. 73. *f.* 6.
Voet. ſcar. t. 28. *f.* 49.
Fab. 151.
Hab. in Germania, Gallia.
Corpus *fere S. nuchicornis.* Capitis *clypeus integer ruga tranſverſa.* Thorax *gibbus & fere retuſus.* Elytra *vix thorace longiora : macula purpuraſcente ad baſin, aliaque ad apicem majore.* Femora *rubra.*

Ovatus. 37. S. exſc. (l'œuf) muticus niger, clypeo emarginato, thorace ſubæneo, elytris abbreviatis.
Fab. 148.
Hab. in Stercore bovino Germaniæ *D. Schreb.* In Gallia.
Simillimus S. nuchicorni, ſed magnitudine tantum oryzæ.

Sabulofus. 38. Sc. fcut. (le perlé) muticus niger opacus tuberculis rugofis, antennis bafi pilofis. *

Scop. carn. 23. Scarabæus rugofus.

Fab. trox. 1.

Geoff. 11.

De Geer. 14.

Enum. 26.

Poda gr. p. 20.

Hab. in Europæ terra fabulofa. In Gallia.

Defc. Simillimus filphæ opacæ: niger & rugofus, ut primo intuitu filpham diceret, fed *os*, *antennæ* & *pedes* fcarabæi. *Faun.* 290.

Obf. Caput intra thoracem totum ac fi nullum haberet, fere uti bupreftes. *Scop.*

Sticticus. 39. S. fcut. (le drap mortuaire) muticus niger glaber punctis albis fparfis, abdomine fubtus punctis quaternis albis.

Fab. Cetonia 41.

Geoff. 14.

Scop. 7. Funeftus.

Enum. 20.

Poda gr. p. 20.

Hab. in Barbaria. *Brander.* In Galliæ carduis.

Corpus *nigrum*, *fupra glabrum.* Caput *obtufum.* Pectus *pubefcens.* Elytra, *podex ultra elytra & thorax adfperfa punctis albis copiofis*, *uti* Abdominis *fegmenta fubtus in fingulis. Affinis Sc. hirtello fed fupra lævis.*

Obf. Variat punctis albis fubtus per ordinem difpofitis & abdomine fine punctis intermediis.

Fullo. 40. S. fcut. (le foulon) muticus, antennis heptaphyllis, corpore nigro, pilis albis, fcutello macula duplici alba.

* *Scop. carn.* 12.
Mouff. inf. 160. *f.* 4.
Hoffn. pict. t. 7.
Raj. inf. 93. *n.* 9.
Frisch. inf. 11. *t.* 1. *f.* 1.
E. N. C. dec. 2. *ann.* 6. *obf.* 239.
De Geer. 19.
Geoff. 2.
Fab. Melol. 1.
Rœf. inf. 4. *t.* 30.
Enum. 9.
Voet. fcar. t. 6. *f.* 48. 49.
Schæff. icon. t. 23. *f.* 2.
Petiv. gazoph. t. 138. *f.* 1.
Hab. in Europæ, Galliæ & Barbariæ dunis arenofis, victitans elymo arundineque arenariis, quercu.
Corpus *nigrum adfperfum pilis albis, fubtus hirfutum.* Capitis *clypeus obtufiffimus.* Thorax *linea alba longitudinali.* Scutellum *maculis* 2, *ovatis, albis, paribus.* Abdominis *incifuræ utrinque macula alba.* Cauda *acutiufcula.* Antennæ *lamellis* 7, *æqualibus, longioribus quam in reliquis.*
Obf. 1. Variat. rugulis, fufcis; rubris, F. nigris V.
Obf. 2. Irritatus ftridet, attritu abdominis ad elytra, vefperi volitat.

Agricola. 41. S. fcut. (l'arlequin velu) muticus, thorace villofo, elytris lividis limbo fafciaque arcuata nigris.
Scop. carn. 6. Scarabæus cyatiger.
Pod. inf. 21. Scarabæus agricola.
Fab. Melol. 44.
Schæff. icon. t. 63. *f.* 1. & non *t.* 64. *var. t.* 23. *f.* 8.

Scarabæorum *hirfutorum larvæ fub radicibus plantarum degunt & eafdem confumunt; at declaratæ foliis Arborum pafcuntur.*

Voet. ſcar. t. 8. f. 67.
Enum. 17.
Geoff. 17.
Hab. in Europa Auſtrali. *D. Aſcanius.* In Gallia.
Statura *S. horticolæ, ſed minor, niger, villoſus.* Caput Toraxque *fuſca ænea, albo villoſa.* Elytra *glabra, livida, macula ſcutellari ambitu nigro; faſcia in medio recurvata nigra, quæ non tangit nigredinem lateralem.* Ungues *purpurei. Capitis labium adſcendens.*
Obſ. 1. Deſcriptio Linnæi convenit n. 17. D. *Geoff.* Inde agricola & l'*arlequin velu.* Synonimi V.
Obſ. 2. Variat maculis elytrorum magis aut minus obſcuris. V.

Horticola. 42. Sc. ſcut. (le jardinier) muticus, capite thoraceque cæruleo ſubpiloſo, elytris griſeis, pedibus nigris.
It. ſcan. 115. 321. Scarabæus friſius.
Raj. inſ. 380. *n.* 3.
Friſch. inſ. 4. *t.* 14.
Liſt. app. 8. *n.* 3.
Pet. gaz. t. 22. *f.* 9.
Geoff. Le petit hanneton à corcelet vert.
Schæff. icon. t. 53. *f.* 4.
De Geer. 24.
Fab. Melol. 41.
Scop. S. Adiaphorus.
Müll. Lin. Nat. cl. IV. *part.* 1. *p.* 80.
Enum. 18.
Poda gr. p. 20.
Hab. in Europæ hortis, pomonam devaſtat, intacta pyro communi.
Deſc. Antennarum caulis ferrugineus eſt. *Faun.* 391.
Obſ. 1. Variat capitulo antennarum toto rufo & corpore magis oblongo V.

Obs. 2. Tibiæ anticæ bidentatæ nec non unidentatæ, uti posuit. *Scopoli. Enum.*

Melolontha. 43. Sc. scut. (le hanneton) muticus testaceus, thorace villoso, cauda inflexa, incisuris abdominis albis.
* *Scop. carn.* 16.
Mouff. lat. 150. *f.* 2.
Aldr. inf. 454. *t. super. f.* 2.
Hoffn. inf. t. I. *f.* II.
Gœd. inf. I. *t.* 78.
Merian. Europ. I. *p.* 2. *f.* 4.
Raj. inf. 104. *n.* I.
Pet. gaz. t. 9. *f.* 2.
Alb. inf. 60.
Rœs. inf. 2. *scarab.* I. *t.* I.
Leuwenh. epist. I. *p.* 18.
Sulz. inf. t. I. *f.* 3.
Schæff. elem. t. 8. *f.* 3. & *t.* 109. *f.* 4.
Fab. 43. *Melolont.* vulgaris.
Geoff. 3.
De Geer. 10.
Schæff. icon. t. 93. *f.* 12.
— *t.* 109. *f.* 4.
Enum. II.
Voet. scap. t. 6. *f.* 45. 46.
Hab. in Europa, Gallia.
Desc. Inter majores hic scar. cui caput, thorax, & elytra testacei coloris sunt. *Thorax* villosus; *elytra* singula 4 striis elevatis glabriusculis. Anus acuminatus deorsum flexus. *Abdomen* fuscum ad latera subtus macula acuta, in singula incisura alba. *Oris* labium obtusum. *Faun.* 3. 2.
Vesperi circumvolitans. Exedunt radices segetis Larvæ; Scarabæi folia arborum, Fagi, aliarumque. Meleagridibus gratus cibus & vespertilionibus.
Antennæ lamellis 6. *f.* 7. *reliquis* 3.

Obſ. in Copula ano feminæ mas pendet. F.

Des. *Totus* niger est, oblongus, lævis. *Thorax* vellere flavo indutus, macula nigra quadrata in dorso, utrinque ad latera gibbus. *Elytra* nigra, glabra, punctis minutissimis excavatis, sutura longitudinali flava, dentibus variis oppositis, quorum par primum incurvum, secundum transversum, tertium adscendens, quartum deorsum gibbum, quintum minimum, sextum ultimum adscendens per marginem exteriorem; puncta aliquot difformia, flava, in medio elytrorum. *Antennæ* corpore paullo longiores. Flavedo omnis e villis minutissimis constat. *Faun.* 697.

Cardui. 44. C. (du chardon) thorace mutico cylindrico, corpore fusco linea longitudinali flavicante, antennis longioribus.
Fab. sap. 16.
Enum. 265.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 272.
Hab. in carduis Europæ Australioris; quos mense maio devastat. *D. Gouan.* In Gallia Aust. V.
Corpus *fuscum*, *statura cer. populnei.* Linea *flavicans a capite per thoracem & suturam elytrorum.* Thorax *etiam lineis lateribus flavis.* Antennæ *corpore sesquilongiores articulis basi pallidis.*

Populneus. 45. C. (du peuplier) thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.*

Gadd. sat. 79. cerambyx fusco-cinereus, antennis nigro-alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis.
Fab. sap. 18.
Enum. 266.
De Geer, tom. 5. *p.* 78.
Geoff. leptura betulina.
Schæff. icon. t. 48. *f.* 5.
Hab. in Europa. In Galliæ populetis. V.

Linearis. 46. C. (le linéaire) thorace mutico cylindrico niger, pedibus omnibus totis luteis, antennis mediocribus. *
Scop. carn. 153. leptura parallela.
Fab. sap. 6.
Faun. Fridr. 129.
Hab. in Europa. In Gallia circa Lugdun. V.
Desc. Simillimus cer. cylindrico at duplo major magisque niger. *Antennæ* longitudine corporis. *Abdominis* dorsum supra testaceum basinque versus. *Pedes* lutei. *Faun.* 663.

Cylindricus. 47. C. (le cylindrique) thorace mutico cylindrico linea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis. *
Scop. carn. 157. leptura cylindrica.
Ræs. ins. 2. *scar.* 2. *t.* 3.
Geoff. lept. 2.
De Geer, tom. 5. *p.* 75.
Fab. sap. 7.
Hab. in pyri prunique ramis.
Desc. Corpus minus, atrum, opacum, punctis minimis sparsis cavis. *Thorax* cylindricus linea longitudinali albida. *Antennæ* vix corpore longiores. *Pedum* tibiæ & dimidia pars femorum anterioris paris ferruginea. *Faun.* 662.

Oculatus. 48. C. (l'oculé) thorace mutico cylindrico

luteo, punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris. *
Uddm. diss. 31. cerambyx ferrugineo-rufus, elytris nigro-cinereis punctis excavatis nigris.
Scop. carn. 152. leptura oculata.
De Geer, tom. 5. *p.* 74. *t.* 3. *f.* 20.
Fab. sap. 4.
Schæff. icon. t. 128. *f.* 4.
Huffnag. inf. t. 13.
Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.
Desc. Corpus testaceum. *Uti* abdomen & pedes. *Thorax* cylindricus a dorso punctis duobus nigris. *Antennæ* longitudine corporis. *Faun.* 664.

Punctatus. 49. C. (le ponctué) thorace mutico subcylindrico, totus viridis punctis nigris, antennis mediocribus.
Hab. in Lusitania.
Desc. Similis cer. scalari, totus viridis. *Antennæ* nigræ longitudine corporis. *Thorax* punctis nigris 8. *Elytra* singula punctis 6 nigris. *Abdomen* utrinque punctis nigris. *Syst. add.* 1067.

Ex Enum.

Octo-punctatus. 50. C. (les huit points) thorace tereti mutico, viridis punctis octo nigris.
Linn. add. 7?
Beyt. Zur. Nat. p. 65. §. 9.
Schæff. icon. t. 101. *f.* 1.
Hab. in hortis Austriacis ubi tilia abundat sed rarior.

Erytrocephalus. 51. C. (la tête rouge) thorace inermi cylindrico, niger; capite, thorace, pedibus abdominisque postice testaceis. *t.* 1. *f.* 28.

Beyt. Zur. Nat. p. 67. §. 12.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.

Ferreus. 52. C. (le mars) thorace cylindrico inermi, plumbeo-niger immaculatus, ſcutello albido.
Hab. Lincii. In Gallia Auſt. V.

Puſtulatus. 53. C. (le puſtulé) thorace inermi cylindrico, medio macula flava.
Beyt. Zur. Nat. p. 66. §. 10.
Hab. Lincii, in floribus.

Silphoides. 54. C. (le ſilphoïde) thorace mutico, cylindraceus, niger, elytris lineis ſubtribus elevatis, femorum tibiarumque anticarum medietate fulva.
Hab. Viennæ.

Ex ſpec. D. Fab. ſap.

Tremulus. 55. C. (du tremble) viridis, thorace punctis duobus, elytris quatuor nigris.
Hab. Halæ-Saxonum. *D. Schreber.*

Ferrugineus. 56. C. (le rouillé) ferrugineus, thorace cylindrico, antennis pedibuſque nigris.
Hab. in Germania. D. de Hattorf.

Teſtaceus. 57. C. (le teſtacée) niger, thorace cylindrico, elytris teſtaceis.
Hab. ibid.

Violaceus. 58. C. (le violet) thorace cylindrico, corpore violaceo.
Hab. in regione Pedemontana. *Dr. Allioni.*

Lineola. 59. C. (la ligne rouge) niger, thoracis linea dorſali femoribuſque apice rufis.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia. V.

Minutus. 60. C. (le petit) rufus, thorace cylindrico, femoribus clavatis, antennis mediocribus.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

Lineatus. 61. C. (le deſſiné) thorace inermi ferrugineo-nigro-lineato, elytris fuſco-ferrugineoque variis, macula marginali cinerea, antennis mediocribus.
Fab. lamia 13.
Hab. in Germania. *Muſ. D. Banks.*

Ex noſt. Muſ.

Curvus. 62. C. (le courbe) teſtaceus, thorace curvo ſubtuberculato, femoribus luteis apice nigis.
Hab. in Gallia Auſt.
Deſc. Curvus, femoribus ſæpe dimidiato nigris.

Ex Ent. carn.

Figuratus. 63. C. (le figuré) niger, elytri faſcia lineaque oblique clavata curva punctoque ad baſin, albis.
Hab. in floribus plantarum umbellatarum.

Ex op. D. de Geer.

Villoſo-viridiſcens. 64. C. (le verdâtre-velu) flavo-viridis; thorace mutico cylindrico, faſciis tribus longitudinalibus flavis, antennis longioribus nigro-cinereoque maculatis.
Retz. 876. *De Geer, tom.* 5. *p.* 76.
Hab. in Europa.

Pygmeus. 65. C. (le nain) minutiſſimus fuſcus, thorace mutico cylindrico, antennis ſer-

ſtatis piloſis. *Retz.* 880. *tom.* 5. *p.* 80. *t.* 4. *f.* 5.
Hab. in Europa. In Gallia. V.

***** *Thorace inermi ſubrotundo ſ. ex globoſo depreſſo.*

Curculionoides. 66. C. (le curculionoïde) thorace mutico ocellis quatuor nigris, elytris ocello ſeſquialtero, antennis longis.
Fab. lamia 28.
Geoff. lept. 5.
Schæff. icón. t. 39. *f.* 1.
— *icon. t.* 153. *f.* 5.
Enum. 276.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 276.
Hab. in Germania. Calmariæ Suecorum. *Modeer.* In Gallia.
Statura cer. triſtis, cinereus ſtriis flavis undulatis ſparſis. Ocelli *nigri iride ferruginea, in thorace* 4 *ſ. utrinque* 2, *in elytris unicus, cum rudimento alterius in anteriore parte.*

Serraticornis. 67. C. (la ſcie) thorace mutico ſubovali, corpore lurido fuſco, antennis compreſſis antice ſerratis mediocribus. *
Fab. calopus ſerraticornis.
De Geer, tom. 5. *p.* 79.
Hab. in Europæ ſylvis.
Deſc. Antennæ valde compreſſæ & multum ſerratæ. *Corpus* totum pallide fuſcum. *Faun.* 665.

Ruſticus. 68. C. (le ruſtique) thorace mutico ſubrotundo nudo, corpore lurido, antennis ſubulatis brevioribus. *
Faun. ſuec. 492. cerambyx fuſcus, punctis thoracinis impreſſis.
Sulz. inſ. t. 4. *f.* 9.

Fab. callidium 10.
De Geer, tom. 5. *p.* 83.
Schæff. elem. t. 76. *f.* 1.
—— *icon. t.* 13. *f.* 1.
—— *icon. t.* 63. *f.* 6.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.
Deſc. Antennæ corpore paullo breviores. *Corpus* lineare, fere glabrum. Singula *elytra* ſtriis duabus elevatis. *Abdomen* ferrugineo-fuſcum; a tergo duæ cavitates impreſſæ, excepta linea longitudinali. *Faun.* 666.

Luridus. 69. C. (le pâle) thorace mutico ſubrotundo, corpore nigro, elytris luridis.
Fab. callidium 18.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.
Simillimus *cer. Bajulo, ſed triplo minor,* *immaculatus.* Elytra *lurida ſeu minus nigra, quam reliquum corpus.* Thorax *ſubtus nulla linea rubra.*

Femoratus. 70. C. (le difforme) thorace mutico ſubrotundo, corpore atro, femoribus rubris, antennis mediocribus.
Fab. callidium 6.
De Geer, t. 5. *p.* 93.
Schæff. icon. t. 55. *f.* 7.
Hab. in Germania. In Gallia Auſt. V.
Sequenti dimidio minor, anguſtior; ſola femora rubra. Antennæ *vix corporis longitudine.*

Violaceus. 71. C. (le violet) thorace mutico ſubrotundo pubeſcente, corpore violaceo, antennis mediocribus. *
Faun. ſuec. 1. *n.* 495. cerambix violaceus nitens, antennis nigris, femoribus clavatis.

Gadd. diss. 28. cantharis nigra, thorace rotundato, elytris cærulescentibus.
Frisch. inf. 12. *t.* 3. *icon.* 6. *f.* 1.
Fab. callidium 5.
De Geer, *tom.* 5. *p.* 88.
Schæff. icon. t. 4. *f.* 13.
Faun. Fridr. 130.
Scop. Ann. hist. nat. 597. 59.
Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.
Desc. Totum corpus e violaceo nitens; colore aureo & sericeo superbit. Thorax & elytra punctis contiguis excavata. *Antennæ* corpore ferme breviores, nigræ. *Femora* clavata cum pedibus atra. *Abdomen* nigrum. *Thorax* elytris obscurior, ad lepturam aliquatenus accedit. Thorax planiusculus rotundatus absque spinis ullis. *Elytra* pone rotundata, nec præmorsa, planiuscula. *Faun.* 667.

Striatus. 72. C. (le strié) thorace mutico subrotundo, corpore nigro, elytris striatis, antennis brevibus.
Fab. callidium 23.
De Geer, capr. 26. *tom.* 5. *p.* 90.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Habitus cer. violacei sed elytra non striata. *Thorax* orbicularis, convexus. *Antennæ* corpore breviores. *Faun.* 668.

Variabilis. 73. C. (le variable) thorace mutico subrotundo inæquali glabro, pectore anoque ferrugineo, antennis mediocribus. *
Frisch. inf. 12. *p.* 345. *t.* 6. *f.* 3. 4.
Poda gr. p. 36. cer. scaber.
Schæff. icon. t. 4. *f.* 12.
Fab. callidium 9.

Enum. 279.
Hab. in Europa. In Galliæ pinetis frequens. V.
Desc. Similis cer. violaceo sed minor, variat colore. *Alter* violaceus. *Thorax* subferrugineus. *Pedes* ferruginei. *Femora* clava nigra. *Alter* thorace elytrisque lividis, femoribus similibus. *Faun.* 669.

Testaceus. 74. C. (le velu) thorace mutico subrotundo glabro, corpore testaceo, antennis mediocribus. *
De Geer, capric. 30. *tom.* 5. *p.* 93.
Geoff. leptura testacea.
Schæff. icon. t. 64. *f.* 6.
Fab. callidium 17.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Vix a cer. curc. differt, nisi sola hirsutie thoracis. *Antennæ* longitudine corporis, uti femora & pedes testaceo-rufescentes. *Thorax* inæqualis, testaceus. *Elytra* punctis excavata, non striata, testacea. *Faun.* 670.

Bajulus. 75. C. (l'appendice) thorace mutico subrotundo villoso, tuberculis duobus, antennis brevibus. *Mus. Lud. Ulr.* 76. *
Faun. suec. 1. *n.* 489. cerambyx nigricans, thorace villoso cinereo, punctis duobus glabris.
Scop. carn. 156. leptura bajula.
Schæff. elem. t. 76. *f.* 4.
Frisch. ins. 13. *t.* 10.
β. *Faun. suec.* 1. *n.* 490. cerambyx testaceus, thorace villoso cinereo lineolis duabus glabris.
Enum. 281.
Poda Mus. gr. p. 36.

Geoff. leptura 17.
Faun. Fridr. 131.
De Geer, 22. *tom.* 5. *p.* 87.
Schæff. elem. t. 76. *f.* 4.
—— *icon. t.* 64. *f.* 4. 5.
Sulz. hist. t. 4. *f.* 29.
Fab. callidium 1.
Hab. in Europa. In America Septentrionali. *Kalm.* In Gallia.
Perforat ligna, parietes, asseres e pino desumpta. Frequens in domibus.
Desc. Totus niger est cum cineritiei mixtura. *Corpus* totum scabrum vel inæquale punctis prominulis inordinatis & pilis cinereis vagis. *Thorax* vero totus hirsutus, cinereus s. niger pilis albis & duobus & tergo punctis prominulis glabris, quibus ab omnibus differt. *Antennæ* nigræ, parvæ, corpore dimidio breviores. *Oculi* in quibusdam deaurati. *Pedes* nigri : *Tibiæ* duplici spina terminatæ ; in dorso elytrorum fascia alba undulata sed obsoleta, ut vix visibilis sit. *Femora* clavata. *Elytra* flexilia. *Denticuli* nulli in thorace.
β. Facies antecedentis, sed omnino minor. *Antennæ* corpore breviores, testaceæ. *Thorax* villosus, cinereus s. niger pilis albis ; a tergo punctis duobus oblongis, glabris. *Elytra* testacea, antennis pallidiora, punctis excavata, non tamen striata. *Femora* nigra. *Oculi* aurati. *Antennæ* pilis adspersæ, tertio articulo longissimo ; sæpe fascia alba obsoleta in dorso ; hinc affinitas cum præcedente summa. *Faun.* 672.

Fennicus. 76. C. (le cruel) thorace mutico subrotundo tuberculis subferrugineo-obso-

letis, elytris violaceis, antennis longiusculis. *

Uddm. diss. 33. cerambyx elytris nigro-cæruleis, apice abdominis ferrugineo.

Fab. callidium 2.

Enum. 282.

Geoff. lept. *teste Fab.*

Hab. in Europa. In Gallia.

Desc. Thorax niger, depressiusculus, lateribus una cum pectore rufus. *Abdomen* nigrum apice ferrugineo. *Pedes* rufi : femoribus nigris. *Faun.* 674.

Obs. Cer. fennicus cum cer. variabili facile confunditur. *Thorax* niger in cer. fennico juxta *Lin.* cui thorax est testaceus in *enum.* pro leptura femorata. *Geoff.* Sumitur in speciebus insectorum *Fab.* Contra in enumeratione eadem leptura ad cer. variabilem *Lin.* refertur. incertæ igitur sunt notæ ad agnoscendum cer. fennicum. *Lin.* Nobis erit cer. fennicus, ille cujus thorax testaceus est vel nigro-testaceus cum tuberculis snbferrugineo-obsoletis & cujus apex abdominis, pedes & antennæ sunt ejusdem coloris testacei absque nigri mixtura. *Fæmina* tota testacea sed subtus nigra cum apice abdominis testaceo. In utroque sexu antennarum articuli apicibus nigri. Cer. variabilis alter sexus fere totus lividus & pars abdominis testacea vel livida major quam in fæmina cer. fennici. Inde patet cer. fennitum incognitum *Geoff.* qui descripsit fœminam. cer. variabilis. V.

Liciatus. 77. C. (le tissu) thorace mutico subrotundo niger cinereo-nebulosus, antennis brevibus.

Hab. in Europa. In Suecia. *Thunberg.*

Corpus *magnitudine fere cer. bajuli, nigricans, cinereo-nebulosus, sed* Thorax *magis rotundatus lineolis 2, subgriseus.* Elytra *strigis 2, undulatis, cinerascentibus, obsoletis.* Femora *postica longitudine abdominis.*

Undatus. 78. C. (l'ondé) thorace mutico subrotundo tuberculato, elytris fasciis duabus undulatis, antennis submediocribus. *

Fab. callidium 27.
De Geer, cap. 28. *tom.* 5. *p.* 91.
Schæff. icon. t. 68. *f.* 1.
Poda gr. p. 280.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 280.
Enum. 283.
Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.
Desc. Antennæ longitudine corporis. *Femora* atra. *Caput* & *thorax* nigra tuberculis a tergo, absque angulis lateralibus. *Elytra* nigra, postice pallescentia punctis excavatis, e quorum cavitatibus pilus exurgit : duplex fascia alba transversa undulata, similiter punctis excavata. *Faun.* 675.

Sanguineus. 79. C. (le rouge) thorace mutico subrotundo elytrisque sanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus.

De Geer, tom. 5. *p.* 92.
Enum. 284.
Geoff. leptura sanguinea.
Poda gr. p. 36.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 280.
Hab. Upsaliæ, in parietibus. *Isac. Uddm.* Frequens in Galliæ domibus. V.
Desc. Simillimus cer. bajulo, sed thorax magis depressus, ater, at *thorax* supra, *scutellum, elytra* & *anus* sanguinea,

holosericea tomento vix conspicuo. *Faun.* 673.

Castaneus. 80. C. (le marron) thorace mutico subrotundo corporeque nigro, elytris, antennis pedibusque ferrugineis, antennis brevioribus.
Enum. 285.
De Geer, tom 5. *p.* 90.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 281.
Faun. Fridr. 132.
Hab. in Europa. In Gallia, prope Lugdunum. V.
Latera inferiora thoracis linea rubra longitudinali.
Desc. Magnitudo cer. undati, sed paullo angustior. *Thoracis* latera rufa. *Femora* postica nigra. Affinis cer. rustico sed minor. *Faun.* 676.
Obs. Variat femoribus totis castaneis thoraceque toto nigro. *Enum.* cavitas oblonga in medio thoracis. V.

Cantharinus. 81. C. (le flexible) thorace submutico corpore rufo, oculis femoribusque nigricantibus, elytris mollibus, antennis longioribus.
Fab. callidium 24. – 5. *App.*
Hab. in Germania. *D. Schreber.*
Desc. Corpus totum rufo-ferrugineum. *Antennæ* pallidiores.

Ebulinus. 82. C. (de l'yeble) thorace mutico, corpore nigro, elytris viridi-cæruleis, antennis mediocribus.
Hab. in Gallia.. *D. Gouan.* non rarus prope Lugdunum. V.
Magnitudo præcedentis, minor castaneo. Antennæ *ferrugineæ articulo infimo nigro.* Thorax *utrinque mucrone obsoletiore.*

Ex Enum.

Barbipes. 83. C. (le satyre) niger, thorace mutico, subrotundo, hirsuto elytrisque testaceis.
Hab. Viennæ, in floribus umbellatis.

Ex spec. D. Fab. callidium.

Ruficollis. 84. C. (l'esclave) thorace subcylindrico hirto rufo, elytris violaceis, antennis mediocribus piceis, pedibus nigris.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Aust. Variat capite rufo aut nigro. V.

Clavipes. 85. C. (le porte-massue) niger opacus, femoribus omnibus clavatis, antennis longioribus.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.* In Gallia Aust. V.

Russicus. 86. C. (le Russe) thorace verrucoso niger, elytris testaceis, macula media apiceque nigris.
Hab. in Russiæ sylvis. *D. Lee.*

Aulicus. 87. C. (le lustré) thorace nigro nitido, corpore nigro opaco, elytris lævibus, antennis brevibus.
Hab. Hafniæ. In Gallia. V.

Hafniensis. 88. C. (le Danois) thorace subvilloso nigro, lineis quatuor albis, intermediis abbreviatis, antennis brevibus.
Hab. Hafniæ.

Rufipes. 89. C. (les jambes rousses) thorace lævi nitido, elytris violaceis, tibiis rufis, antennis brevibus.
Hab. in Europa.

Floralis. 90. C. (la flore) thorace globoſo albo-faſciato , elytris nigris, faſciis 5. Albis, ſecunda tertiaque lunatis.
Pallas iter. 2. 724. 63.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.* Leptura *Lin.*

Trifaciatus. 91. C. (les trois bandes) thorace globoſo ferrugineo , elytris nigris, faſciis tribus atris , prima annulari.
Hab. in Luſitania. *D. Gray.*

Ex ſpec. D. Fab. ſaperda.

Nigricornis. 92. C. (les antennes noires) cinereus , thorace lineato , elytris fuſcis unicoloribus , antennis mediocribus.
Hab. Lipſiæ. *D. Leske.*

Vireſcens. 93. C. (le verdâtre) thorace villoſo cinereo , elytris ſubattenuatis viridibus.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.*

Præuſtus. 94. C. (le brûlé) thorace ſubtuberculato, teſtaceus, elytris apice violaceis.
Hab. ibid.
Obſ. Cer. teſtacei forte mera varietas.
Ad hanc diviſionem cer. an ad alteram pertinent ?

Ex opere D. de Geer.

Nigro-planus. 95. C. (le noir-aplati) corpore thoraceque mutico ſubrotundo , depreſſo , femoribus clavatis , antennis mediocribus craſſis. *Relq.* 890. *de Geer. t.* 5. *p.* 88. *Hoeſn. inſ. t.* 16.
Hab. in Europa. In Gallia circa Lugdunum. V.

Æneus. 96. C. (le bronzé) fuſco-æneus nitidus ;

thorace mutico ſubrotundo depreſſo; antennis pedibuſque nigris. *Retz.* 892. *de Geer. tom.* 1. *p.* 89.
Hab. in Europa.

Ex Faun. inſ. Fridrichſdalina.

Villicus. 97. C. (le campagnard) thorace mutico, cupreo, tuberculato, elytris nigris, punctis ſtriatis; antennis, abdomine pedibuſque ferrugineis.
Hab. in campis.

Viridis. 98. C. (le verd) thorace mutico tuberculato violaceo, elytris viridibus, punctis ſtriatis; antennis nigris.
Hab. in ripa. *Ibid.* In Gallia Auſt. V.

Ex noſt. Muſ.

Fulvus. 99. C. (le fauve) fulvus, oculis nigris; antennis villoſis.
Hab. circa nemauſum.
Deſc. Totus fulvus. *Antennæ* paullo corpore longiores tenuiſſimæ, *oculi* lunati.

Cinereus. 100. C. (le cendré) rufus, rore cinereo adſperſus, thorace tuberculato.
Hab. ibid.
Deſc. Magnitudo præcedenti ſed craſſior latiorque. *Antennæ* corpore breviores. *Elytra* fulva ſed cinerea ad parent, tribus ſtriis exarata, quæ apicem non adtingunt. *Oculi* lunati.

Longipes. 101. C. (le proportionné) thorace globoſo, antennis breviſſimis, pedibus poſterioribus elongatis. *t.* 1. *f.* 29.
Hab. ibid.

Deſc.

Desc. niger, *thorax* valde craſſus; *antennæ* vix caput thoracemque ſuperant. *Elytra* piloſa faſciis duabus albis picta, infima curva. *Pedes* nigri, poſtici elongati. *Abdominis* latera ſubtus maculis albis.

Brevis. 102. C. (le court) griſeus, thorace nigro lineato, elytris marmoratis.

Hab. in Gallia Auſt.

Deſc. Elytra nebuloſa punctatiſſima, faſciis fuſcis faſciaque albida fere in medio. *Antennæ* alternatim fuſcæ & albidæ. *Thorax* brevior quam in congeneribus.

Hab. ibid.

Faſciatus. 103. C. (la bande blanche) fulvus, faſcia albiſſima in ſingulo elytro.

Hab. ibid.

GENUS XVII.

LEPTURA. *Antennæ* ſetaceæ.
Elytra apicem verſus attenuata.
Thorax teretiuſculus.

Obſ. Caracteres hujus generis adhuc incerti, inde labor. Nam in cer. hiſpicorni elytra faſtigiata.

In multis lepturis antennæ attenuatæ; ſtructura thoracis non peremptoria.

Ad cer. *D. de Geer* retulit lepturas quarum oculi lunati; & certe optima faciliſque nota. Nam oculi lunares ab omnibus junioribus entomologicis ſine

ambagibus diſtinguerentur ; genuſque cer. a lept. genere ſubito ſepara/retur. Tunc ſubdiviſiones a forma thoracis ſine periculo ſumerentur. Licet nihilominus hæc mutatio ſit deſideranda, ut & quædam aliæ, ordinem ſyſtemalicum Linnæi, conſervavimus ſolumque oculi lunares indicati fuerunt. V.

* *Thorace ovato ſ. antrorſum oblongiuſculo anguſtiore. Elytris apice truncatis.*

Aquatica. 1. L. (l'aquatique) deaurata, antennis nigris, femoribus poſticis dentatis. *
Scop. carn. 147.
Raj. inſ. 100. *n.* 3. cantharis arundines frequentans.
β. Leptura ſubæneo-violacea, femoribus poſticis dentatis. *Faun. ſuec.* 510.
Fab. donacia craſſipes.
Geoff. ſtencorus 12.
De Geer, lepture 18. *tom.* 5. *p.* 140. *t.* 4. *f.* 14. - 16.
Enum. 291.
Poda gr. p. 36.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 287.
Faun. Fridr. 135.
Hab. in plantis aquaticis, nymphæis, caricibus, phellandrio, cujus radice adhæret pulpa intra globum brunneum.
Deſc. Tota cupreo aurata, capite, thorace, elytris, pedibus punctis minutiſſimis, fere contiguis, excavatis, ſed in elytris digeſta ſunt puncta in 10 circiter ordines longitudinales, vix tamen ſtriata ſunt elytra. *Oculi* nigri. *Antennæ* fuſcæ; lente inſpectum egregium plane eſt animal. *Elytra* truncata apice dum recens ſunt elytra rubro-ænea lateribuſque viridi-ænea ; punctum nigricans pone an-

tennas prominens. *Abdomen* a capite verſus caudam viſum albo-argenteum eſt, à cauda vero verſus caput nigrum. *Femora* articulantur cum corpore ſingulari artificio, globo ſcilicet intra cavitatem recepto. *Pedes* poſtici reliquis duplo longiores; horum femora compreſſa, verſus baſin anguſtiora, verſus genua latere interiore denticulo notata. *Antennæ* admodum approximatæ & baſi fere contiguæ; in medio circiter *elytrorum* foveola depreſſa angulum elytri reſcipiens. *Caput* poſtice anguſtatum. *Faun.* 677.

Obſ. Quinque varietates hujus lepturæ enumeravit. *Clar. Geoff.* ſed pleraſque pro ſpeciebus diſtinctis optimo jure habuiſſe mihi videtur celeb. *de Geer*. V.

Aquatica-mutica. 2. L. (l'aquatique ſans défenſe) viridi-deaurata nitida, capite cinereo, pedibus rufis, femoribus poſticis magnis muticis.

Obſ. Spinarum abſentia ſpeciem variam indicat.

An ſimplex *Fab.* donacia 2?

Aquatica-faſciata. 3. L. (l'aquatique faſciée) viridi-deaurata nitida, elytris faſcia longitudinali purpurea nitida, femoribus poſticis magnis unidentatis.

Obſ. Hæc faſcia nota ſufficiens ad ſpeciem diverſam determinandam.

Aquatica-ænea. 4. L. (l'aquatique bronzée) ænea nitida, femoribus omnibus fere æqualibus.

Obſ. Femora poſtica plerumque mutica, licet aliquoties parva ſpina armata.

In *Fauna* ibidem deſcribitur altera leptura aquatica.

Deſc. *Corpus* oblongum, glabrum vel

violaceum f. e nigro - cærulefcentè-æneum, vel viridi-æneum (forte fexus differentia). *Thorax* cylindraceus. *Antennæ* filiformes, antrorfum directæ, nigræ. *Abdomen* cinereum, magis obfcurum, a parte anteriore vifum albefcens. *Elytra* ftriata, punctorum decem circiter ordinum, excavatorum, lente vifa funt pulcherrima; apex elytrorum truncatus, niger. *Femora* poftrema maxima & longitudine & craffitie, rubra, ubi craffiora nigra; hæc femora fubtus uno alterove denticulo acuto, ut in chelis cancri.

Obf. Omnes in Galliæ plantis aquaticis.

Melanura. 5. L. (la melanure) nigra, elytris rubefcentibus lividifve futura apiceque nigris. *

Frifch. inf. 12. *t.* 3. *icon.* 6. *f.* 6. fcarabæus arboreus major violaceo-ruber.

Raj. inf. 499. cerambyx niger, elytris flavis extremitatibus nigris.

Pet. gaz. t. 30. *f.* 5. capricornus exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.

Gadd. diff. 27. leptura thorace nigro nitido, elytris obfolete fordideque flavefcentibus.

De Geer, lept. 14. *tom.* 5. *p.* 137.

Geoff. ftencorus 7.

Schæff. icon. t. 39. *f.* 8. 9.

Scop. n°. 149. non.

Faun. Fridr. 136.

Hab. in Europa. In Gallia.

Mas elytris apice nigris, fœmina unicoloribus.

Defc. Corpus totum cum pedibus, antennis, omnibufque partibus, exceptis elytris, nigrum, oblongum, pone anguftatum. *Thorax* abfque fpinis. *Ab-*

domen & tota infima ſuperficies nigra quidem eſt, ſed certo reſpectu ad lumen, ſi anterius inſpiciatur, alba. *Elytra* attenuato-præmorſa apicis angulis utriſque acutis. Colore differunt elytra: aliis enim ſunt ſuturate rubra abſque ulla nigredine, & hæ *fœminæ* ſunt: aliis rubra, apice nigra ut & margine elytrorum exteriore & interiore: aliis teſtacea apicibus nigris & margine exteriore nigro, & hi *mares* ſunt. *Elytra* infinitis punctis excavata, non tamen ſtriata, & villis quibuſdam vix conſpicuis, præſertim verſus poſteriora, adſperſa. *Thorax* & caput in quibuſdam flava hirſutie adſperſum. *Penis* longiſſimus. *Tibiæ* omnes ſpina terminatæ. *Faun.* 678.

Obſ. Ex his patet lepturam melanuram *Scop.* non eſſe deſcriptam in *Fauna. Diagn. Scop.* nigra; elytris ſordide flaveſcentibus, apice nigris: quod convenit ſtenc. 8. *Geoff.* & non lept. melan. V.

Rubra. 6. L.) la rouge) nigra, thorace, elytris tibiiſque purpureis. *Scop. carn.* 148.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *icon.* 6. *f.* 6. ſcarabæus arboreus major purpureo-ruber.
Sulz. inſ. t. 5. *f.* 30.
Fab. lept. 6.
Schæff. icon. t. 39. *f.* 2.
De Geer, 7. *tom.* 5. *p.* 132.
Enum. 287.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 285.
Faun. Fridr. 139.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Statura præcedentis (quæ vulgaris) duplo major eique ſimillima. *Elytra*, *thorax* & *tibiæ* (ſed non femora)

coccinea : reliquum corpus nigrum est, & sub ventre, ante inspectum, albo-lucens. *Faun.* 681.

Sanguinolenta. 7. L. (la sanguinolente) nigra, elytris sanguineis. * *Scop. carn.* 150.
Schæff. icon. t. 39. *f.* 9.
Enum. 301.
Fab. lept. 4.
Faun. Fridr. 137.
Hab. in Europa. Circa Lugdunum rarior. V.
Desc. Similis lept. melanuræ & rubræ, sed tota nigra, exceptis elytris solis & totis sanguineis. *Faun.* 679.
Obs. 1. In lepturæ rubræ occipite & thorace linea decurrit quæ abest in lept. sanguinolenta, ut observavit *Scop.*
Obs. 2. Leptura rubra major lept. sanguinolenta & hæc major lept. melanura. In prima, tibiæ obscuro-rubræ, in secunda nigræ. V.

Testacea. 8. L. (la testacée) nigra, elytris testaceis, tibiis rufis, thorace postice rotundato. *
De Geer, II. *tom.* 5. *p.* 135.
Schæff. icon. t. 139. *f.* 3.
Fab. lept. 7.
Enum. 288.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 285.
Faun. Fridr. 138.
Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.
Desc. Stat. lept. melanuræ, sed paullo major. *Elytra* testacea, truncato-spinosa, absque nigredine ulla. *Faun.* 680.

Revestita. 9. L. (la dentelée) testacea, elytris, pectore antennisque atris.

Hab. in Germania. *D. Schreber.* In Gallia Auſt. V.

Statura *lept. ſanguinolentæ ſ. teſtaceæ. Caput, thorax, abdomen pedeſque ferruginea.* Elytra *glabra, atra, apice bidentata.* Pectus *atrum.* Antennæ *atræ, ſed primo articulo teſtaceo.* Thorax *ad latera utrinque mucrone plane obſoleto & poſtico margine laterali acuto.*

Virens. 10. L. (la verdâtre) viridi-flava, antennis luteo viridique variis.

Enum. 287.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 286.

Fab. lept. 8.

De Geer, 6. tom. 5. *p.* 131.

Hab. in Europa.

Deſc. Inter ſpecies hujus generis hæc maxima nobis eſt. *Totum corpus* in ſe ſpectatum atrum eſt, ſed pectus, thorax, abdomen, pedes & maxima ex parte caput vellere e viridi-flavo tecta. *Elytra* non ſtriata, punctis tamen minutiſſimis adſperſa; ad baſin ſuturæ longitudinalis elytrorum villoſitas pectori concolor. *Corpus* pone attenuatum & elytra præmorſa. Hæc ſpecies ſolis antennis ab omnibus notis differt, quarum ſinguli articuli inferne lutei, ſuperne nigri; hinc monilis inſtar e nigro & luteo variegatis. *Variat* etiam elytris viridibus adeoque toto corpore viridi: elytrorum color luteo-viridis dependet a vellere minutiſſimo, quo deraſo, elytra nigra ſunt. *Femora* poſtica abſque denticulo & thorax abſque angulis. *Faun.* 682.

Sericea. 11. L. (la ſoyeuſe) viridi-cærulea, elytris ſubfaſtigiatis. *

Fab. lept. 22.
Schæff. icon. t. 84. *f.* 1.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. ſed non frequens. V.
Deſc. Corpus magnitudine lept. aquaticæ, ſed cæruleum, nitens totum. *Antennæ* nigræ vix corporis longitudine. *Thorax* quaſi medius inter lepturas & cicindelas. *Elyta* punctato-ſtriata. *Faun.* 683.

4. Maculata. 12. L. (les quatre taches) nigra, elytris lividis : maculis quatuor nigris. *
Fab. lept. 15.
Schæff. elem. t. 118. *f.* 2.
—— *icon. t.* 1. *f.* 7.
Enum. 286.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 286.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Eſt inter maximas. Omnia nigra, ſed thorax & abdomen lana cinerea, in ſingulis elytris macula una anterius paullo minor, altera poſterius major magis quadrata & magis ſuturate ferrugineo-nigra. *Faun.* 684.

Interrogationis. 13. L. (le point d'interrogation) nigra, elytris lividis : faſcia longitudinali arcuata maculiſque quatuor nigris.
Uddm. diff. 35. *t.* 1. *f.* 2. leptura nigra, elytris fuſco-flavis : maculis octo nigris.
Faun. Fridr. 140.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V. *Faun.* 585.

6. Maculata. 14. L. (les ſix taches) nigra, coleoptris teſtaceis : maculis ſex nigris margine connexis. *
Fab. lept. 16.
De Geer, 9. *tom.* 5. *p.* 133.
Enum. 296.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 287.

Schæff. icon. t. 39. *f.* 6.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.
Deſc. Totum animal nigrum eſt omnibus partibus, ſed *elytra* teſtacea, apice truncata, nigra macula terminata; in medio macula nigra margini exteriori annexa, quadrata; juxta baſin macula oblonga, angulata, margini exteriori adnexa; intra hanc verſus ſuturam longitudinalem macula ovata, nigra, parva, interiori margini adnexa; ergo elytra teſtacea ſ. pallida margine exteriori & interiori nigro; maculæ ad apicem elytrorum, clauſis elytris conficiunt ſimul unicam nigram maculam in medio; duæ maculæ quadratæ margini exteriori adnexæ conſtituunt binas diſtinctas maculas; maculæ ad baſin elytrorum angulatæ & parum ſinuatæ, margini exteriori adnexæ conſtituunt binas alias maculas; ſed maculæ ovatæ, intra has interiori margini elytrorum adnexæ, ſimul coeunt in unam adeoque ſex maculæ, connexæ omnes margini elytrorum interiori nigro. *Pedes* ſpina terminati. *Faun.* 686.
Variat hæc leptura diſpoſitione macularum. V.

4. Faſciata. 15. L. (les quatre bandes) nigra, elytris teſtaceis, faſciis quatuor nigris. *
Scop. carn. 172. cerambyx faſciatus.
Enum. 294.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 287.
Schæff. icon. t. 59. *f.* 6.
Fab. lept. 19.
De Geer, tom. 5. *p.* 132. *t.* 4. *f.* 11.-13.
Hab. in Europa. In Galliæ rubo lecta. V.
Fœminam ſequentis eſſe monet. *D. Scop.*
Deſc. Eſt e maximis ſui generis. *Corpus*

totum nigrum, ut & *elytra* quæ maculis ferrugineis quatuor parium insigniuntur, quarum intermediæ undulatæ sunt. *Thorax* postice complicatus quasi est, vel elytra testacea, fasciis quatuor nigris undulatis transversis, ultima terminatrice. *Faun.* 687.

Attenuata. 16. L. (l'atténuée) elytris fastigiatis attenuatis fulvis: fasciis quatuor nigris, pedibus testaceis. *

Scop. Ann. hist. nat. 5. 99. 86.
Fab. lept. 18.
Schæff. icon. t. 39. *f.* 6.
Poda gr. p. 28.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 287.
Enum. 295.
Hab. in Europa. In Gallia *ibidem* ac præcedens. V. An lept. 4. fasciatæ mas?
Desc. Corpus postice valde attenuatum. *Caput*, *thorax*, *pectus* nigra. *Abdomen* ferrugineum apice nigro. *Elytra* fasciis quatuor flavis totidemque nigris. *Faun.* 688.
Femora apice nigra.

Nigra. 17. L. (la noire) elytris fastigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo. *

Enum. 299.
Geoff. stencorus piceus.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 287.
Schæff. icon. t. 39. *f.* 7.
Fab. lept. 13.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Thorax utrinque postice mucronatus ut lept. attenuatæ melanuræ. Majuscula. Elytra angusta. *Faun.* 689.

** *Thorace subgloboso, nec antice attenuato. Elytris apice obtusis, nec truncatis.*

Virginea. 18. L. (la vierge) thorace globofo nigro, elytris violaceis, abdomine rufo. *
Gadd. diff. 26. leptura nigra, elytris cærulefcentibus, toto abdomine rubro.
Fab. lept. 24.
Schæff. icon. t. 41. *f.* 13.
De Geer, 23. *tom.* 5. *p.* 144.
Hab. in Europa. In Gallia Auft. V.
Defc. Caput & *thorax* cum pedibus antennifque nigra. *Abdomen* poft pedes fulvum. *Elytra* viridi-cærulefcentia, nitida, punctis fparfis excavata. *Antennæ* 10 articulis. *Faun.* 690.

Collaris. 19. L. (le collier rouge) thorace globofo abdomineque rubris, elytris nigris. *
Scop. carn. 159.
Fab. lept. 23.
Schæff. icon. t. 58. *f.* 8.
De Geer, 22. *tom.* 5. *p.* 144.
Geoff. ftencorus fylveftris.
Hab. in Europa. In Gallia frequens.
Defc. Corpus totum atrum, glaberrimum, fed thorax globofus ferrugineus, ut & abdomen poft pedes, a tergo flavum. *Faun.* 691.

Ruftica. 20. L. (la ruftique) thorace globofo tomentofo, elytris cinereis: fafciis linearibus albidis undatis. *
Enum. 304.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 288.
De Geer, *capr. tom.* 5. *p.* 82.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Defc. Corpus mediæ magnitudinis, atrocinereum, fere tomentofum. *Coleoptra* fafcia una alterave, lineari, albida, undulata. *Faun.* 692.

Myftica. 21. L. (la myftique) thorace globofo tomen-

toſo, elytris fuſco-cinereis antice rufis: faſciis linearibus arcuatis lateque canis. *

Scop. carn. 177. cerambyx quadricolor.
Enum. 303.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 288.
Schæff. icon. t. 2. *f.* 9.
De Geer, capr. 19. *tom.* 5. *p.* 83.
Fab. callidium 45.
Geoff. leptura ruſtica *Ent. pariſ.* teſte *de Geer*. Leptura myſtica ejuſdem *Ent. pariſ.* teſtibus *Fab.* & *Schrank. Linn. Geoff.* non citavit. Nomen triviale clar. *Geoff.* & deſcr. *Linnæi* confirmant citationem *Fab.* & *Schrank.* V.
Hab. in Europa. In Gallia non frequens. V.
Deſc. Magnitudo media. *Corpus* nigrum. *Elytra* a baſi fere ad medium ferruginea: lineæ aliquot niveæ concurrunt in angulum acutum ad ſuturam dorſalem; ante apicem faſcia alba. *Faun.* 593.

Alni. 22. L. (de l'aulne) nigra, elytris faſciis duabus albis, elytrorum baſi antennis tibiiſque ferrugineis.
Fab. callidium 46.
Hab. in Europa. In Suecia. *Max. v. Wirtenberg.* In Anglia F. In Gallia Auſt. V.
Affinis *lept.* myſticæ, *ſed octies minor.* Elytra *baſi ferruginea, medio faſcia lineari arcuata alba, poſtice linea alba oblique tranſverſa.*

Detrita. 23. L. (l'uſée fauve) thorace globoſo nigricante, elytris fuſcis: faſciis quatuor tranſverſis flavis, pedibus rufis. *
Fab. callidium 40.
Schæff. elem. t. 76. *f.* 2.
— *icon. t.* 38. *f.* 9. — *t.* 237. *f.* 1. var.

—— *icon. t.* 64. *f.* 3.
Geoff. leptura ſignata.
Hab. in Europa. In Galliæ floribus.
Deſc. Thorax ſubgloboſus, fuſcus annulis 2 flavis. *Elytra* ſubfuſca baſi linea obſoleta flava; dein interrupta; demum 2 latiores ad apicem; ipſe apex flavus. *Pedes* & *antennæ* flavæ. *Faun.* 694.
Obſ. Antennæ ferrugineæ. Faſcia thoracis linea interrupta.

Arcuata. 24. L. (l'arquée) thorace globoſo nigrove, elytris faſciis linearibus flavis: tribus retrorſum arcuatis, pedibus ferrugineis. *
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *icon.* 4. *f.* 1. ſcarabæus arboreus luteo-pictus.
Raj. inſ. 83. *n.* 23.
Uddm. diſſ. 30. cerambyx nigris elytris: faſciis 4 flavis arcuatis.
Sulz. hiſt. t. 5. *f.* 31.
Fab. callidium 35.
Petiv. gazoph. t. 63. *f.* 7.
Schæff. icon. t. 38. *f.* 6.
—— *icon. t.* 107. *f.* 2. 3.
Enum. 308.
Faun. Fridr. 142.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 289.
Geoff. 10.
Hab. in Europa. In Galliæ floribus.
Deſc. Antennæ & *pedes* poſtici ferruginei. *Corpus* atrum. *Caput* linea flava antice & inter antennas & ad baſin. *Thorax* antice linea flava & duabus in medio ad latera. Puncta lutea: unum *elytris* commune ad baſin; dein unum utrinque; tum unum commune majus; demum punctum cum lineola; tandem arcus in ſingulo elytro & dein arcus communis; ultimo apices elytrorum lunula lutea terminati. *Faun.* 696.

Antennæ ferrugineæ. Fascia thoracis lutea interrupta. Femora anteriora fusca. Punctum scutellare flavum.

Verbasci. 25. L. (du bouillon blanc) thorace subovato nigro, elytris fasciis tribus nigris : prima semiannulata.
Fab. callidium 43.
Sulz. inf. t. 5. *f.* 12.
Enum. 309.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 290.
Geoff. lept. gammoides. *Ent. parif.* 16.
Hab. in Verbasco Galliæ. *D. Gouan*; Germaniæ. *D. Schreber.*
Statura *lept. arietis.* Corpus *viride, subtomentosum.* Thorax *fascia nigra e* 3 *maculis transversim positis.* Elytra *virescentia in quibus primo arcus subannulatus niger; dein duæ fasciæ nigræ.* Antennæ *corpore paullo breviores.* Femora *linearia.*

Arietis. 26. L. (le belier) thorace gibboso nigro, elytris nigris : fasciis flavis : secunda antrorsum arcuata : pedibus ferrugineis.*
Act. nidros. 3. *p.* 394. *t.* 6. *f.* 4.
Faun. suec. 1. *n.* 507. leptura nigra, elytrorum lineis transversis flavis, pedibus testaceis.
Raj. inf. 8?. *n.* 22. scarabæus niger, lineolis luteis pulchre variegatis.
Frisch. inf. 12. *t.* 3. *icon.* 5. *f.* 3.
Pet. gaz. t. 63. *f.* 6.
List. mut. t. 31. *f.* 1.
Loqu. 385. *n.* 14.
Geoff. parif. 214. *n.* 11.
Enum. 307.
Scop. Ann. hist. nat. 5. 96. 57.
Faun. Fridr. 141.
De Geer, 18. *tom.* 5. *p.* 81.

Schæff. icon. t. 38. *f.* 7.
Fab. callidium 36.
Hab. in Europa. In Galliæ hortis non raras. V.
Desc. Est tota fusco-nigra, oblonga, angusta. *Thorax* margine superiore flavus est. Scutellum ubi elytra conjunguntur, puncto flavo notatur. Ad angulos elytrorum macula oblonga, transversa, in utroque elytro, quæ ambæ non coeunt. In medio elytri utriusque est linea flava, arcuata, flexura deorsum spectante, pede interiore versus suturam cum opposita fere coëunte, hinc figura arietis; intra hanc & apicem linea transversa flava cum opposita connexa; apex elytrorum flavus, ut & anus. Caput, thorax & elytra villis tenuissimis tecta sunt. *Elytra* apice truncata, licet extus præ pilis vix conspicue. *Pedes* rufescentes, tibiæ spina terminatæ. *Antennæ* rufescentes, superne fuscæ. *Alæ* dum parum dehiscunt elytra aurato-purpurea lucent. Lineæ 4 flavæ sub abdomine. *Faun.* 695.

Præusta. 27. L (la brûlée) thorace subgloboso fusco, elytris flavis apice nigris, pedibus quatuor pallidis. *
Faun. suec. 506. leptura nigra, elytris flavis apice nigris.
Geoff parif. 209. *n.* 4.
Fab. saperda 25.
Schæff. icon. t. 52. *f.* 8.
Scop. Ann. hist. nat. 5. 103. 80.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Vix pediculo duplo major, cylindrica, nigra. *Antennæ* longitudine fere corporis. *Elytra* flava, apice nigra,

obtusa & fere truncata, minus rigida; ut cantharidis speciem dixissem, nisi thorax teres fuisset. Omnia subtus & totum corpus nigrum. *Faun.* 698.

Massiliensis. 28. L. (la Marseilloise) thorace subgloboso nigra, elytris fasciis sub tribus albis introrsum fractis.
Hab. in Lusitania. Massiliæ. V.
Desc. Corpus facie lept. mysticæ sed triplo minus, totum nigrum. *Elytra* picta fasciis linearibus, tribus, omnibus antrorsum fractis, ut in leptura arietis, sed albis, quarum ultima obsoleta ad ipsum apicem elytrorum. Sub collo & thorace macula nivea. Abdominis incisuræ margine laterali albæ. *Add. n°.* 8.

Ex hist. inf. paris. entom.que paris.

Ferruginea. 29. L. (la rouillée) tota nigro-ferruginea, thorace subcylindraceo.
Hab. in sylvis. Non frequens.
Obs. Primo intuitu varietas cer. *cerdo* adparet affinis cer. scabricorni *cl. Scop.*

Fulvipes. 30. L. (les pattes fauves) atra punctata, pedibus flavis, thorace cylindraceo.
Hab. in agris Fontis-bellaquei.

Variegata. 31. L. (la variée) nigra, maculis villoso-flavis, thorace globoso, antennis corpore dimidio brevioribus.
Hab. in hortis.

Villosa. 32. L. (la velue) nigra, villoso-flava, maculis duabus in elytro singulo glabris nigris. *t.* 1. *f.* 31.

Hab.

Hab. in floribus.

Punctata. 33. L. (la ponctuée) nigricans, capite thoraceque rubro, punctis nigris.
Hab. in Gallia.

Figurata. 34. L. (la figurée) nigra, elytrorum lineis tranversis punctisque albis.
Hab. in floribus umbelliferis.
Obs. Synonymum mutavi ne confundatur cum *Lin.* lept. rustica.

Cyanea. 35. L. (l'azurée) cærulea, tibiis rufis, thorace subgloboso.
Hab. in arborum truncis.

Vidua. 36. L. (la veuve) tota atra, dense punctata.
Hab. in arboribus.

Punctuosa. 37. L. (la maroquinée) atra dense punctata, femoribus rufis.
Hab. in Gallia.

Turcica. 38. L. (la Turque) nigra, elytris antice rufis, postice lineis quatuor albis arcuatis.
Hab. in hortis.

Atra. 39. L. (l'encre) tota nigra.
Fab. 9.
Hab. in Europa Australiori.
Variat pedibus nigris & testaceis. F.

Rubra. 40. L. (la rouge) tota rubra, oculis nigris.
Hab. in Gallia.

Ignita. 41. L. (l'enflammée) nigra, elytris ruberrimis dense punctatis.
Hab. in Gallia.

Lutescens. 42. L. (la jaunâtre) nigra, elytris luteis apice nigris.
De Geer, lept. 13. *tom.* 5. *p.* 136.
Hab. in rubo.
Obs. Pedibus posterioribus corpore brevioribus. V.

Funerea. 43. L. (le deuil) tota nigra punctata.
Hab. in Gallia.

Ex opere D. de Geer.

Maculicornis. 44. L. (les antennes tachetées) nigra, elytris testaceo-lividis, antennis flavo-maculatis. *Retz.* 917. *De Geer. tom.* 5. *p.* 138.
Hab. in Europa.

Nigripes. 45. L. (les pattes noires) nigra, elytris obscure flavo-testaceis, pedibus totis nigris. *Retz.* 913. *De Geer. tom.* 5. *p.* 136.
Fab. 3. *an?*
Hab. in Europa. In Gallia. V.

Tabacicolor. 46. L. (couleur de tabac) nigra, elytris fusco-testaceis apice nigris, pedibus flavis. *Retz.* 918. *De Geer. tom.* 5. *p.* 139.
Schæff. icon. t. 39. *f.* 5.
Hab. in Europa.

Ex spec. D. Fab.

2.Punctata. 47. L. (les deux points) nigra villosa, elytris lividis, sutura, puncto medio apiceque nigris.
Hab. in Sibiria. *D. Pallas. Mus. D. Banks.*

Villica. 48. L. (la fermiere) ferruginea, antennis elytrisque fuscis.
Hab. in Anglia. *Mus. Brit.*

Scutellata. 49. L. (l'écuſſonnée) nigra, ſcutello albo. *t.* 1. *f.* 30.
Hab. in Italia. In Gallia Auſt. V.

Ruficornis. 50. L. (les antennes rouſſes) nigra, antennis pedibuſque rufis.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.*

Marginata. 51. L. (la bordée) nigra, elytrorum margine tibiiſque poſticis rufis.
Hab. in Norwegia. *D. Lund.*

12. Maculata. 52. L. (les douze taches) nigra, elytris flavis, maculis quinque nigris.
Hab. in Sibiria. *Muſ. D. Banks.* In Gallia Auſt. V.

Dubia. 53. L. (la douteuſe) nigra ſubvilloſa, elytris teſtaceis nigro-punctatis.
Hab. in Sibiria. *D. Pallas. Muſ. D. Banks.*

6. Guttata. 54. L. (les ſix taches jaunes) nigra, elytris maculis ſex flavis.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Ex Enum.

Cerambyciformis. 55. L. (la ceramboïde, nigra, elytris faſciis tribus nigris, prima ex punctis tranſverſim poſitis.
Scop. carn. 154.
Hab. in Europa.

Conſimilis. 56. L. (les dix ſtries) ænea, antennis pedibuſque teſtaceis, femoribus poſticis dentatis, elytris ſimplicibus.
Hab. in Europa.

Aſſimilis. 57. L. (les neuf ſtries) nigra, pedibus

teſtaceis, poſticis dentatis, elytris ſimplicibus.
Hab. in Europa.

Chryſomeloides. 58. L. (la chryſoméloïde) nigra, elytris teſtaceis, margine omni nigro.
Hab. in Europa.

Bifaſciata. 59. L. (les deux bandes) nigra, elytris rubris, faſciis duabus nigris.
De Geer, 15.
Geoff. ſtenc. 6.
Hab. in floribus ad Viennam. In Gallia.

Thalaſſina. 60. L. (le ventre rouge) thorace globoſo, abdomineque rubris, capite, pectore, pedibuſque nigris.
Hab. in Europa.

Oo. 61. L. (l'Oo) nigra, elytris griſeo-irroratis & pone apicem *O* duplici notatis.
Hab. in monte *Oettſcher.*

Spinoſæ. 62. L. (du prunier épineux) thorace elytriſque cæruleis, femoribus clavatis.
Hab. in medullo ramorum emortuorum pruni ſpinoſæ, ubi evolvitur.
Hab. in Gallia. V.

Ex icon. D. Schæff.

10. Punctata. 63. L. (les dix points noirs) elytris viridibus 8 punctis nigris, thorace 6 punctis in duobus ordinibus digeſtis.
Hab. in Europa.

Ex noſt. Muſ.

Fallax. 64. L. (la trompeuſe) thorace inæquali

rugoso, sexus unus testaceus, alter elytris violaceis.
Geoff. stenc. 4.
Hab. in Gallia. V.

GENUS XVIII.

NECYDALIS. *Antennæ* setaceæ.
Elytra alis minora: breviora s. angustiora.
Cauda simplex.

* *Elytris ala abdomineque multo brevioribus.*

Major. 1. N. (la grande) elytris abbreviatis ferrugineis immaculatis, antennis brevioribus.
Schæff. monogr. 1753. *f.* 1. 2. muscacerambyx major. *elem. t.* 13. *f.* 2. & *elem. t.* 88.
Fab. lept. abbreviata 25.
De Geer, necyd. ichneumonea 1 *tom.* 5. *p.* 148. *t.* 5. *f.* 1. 2.
Schæff. icon. t. 10. *f.* 10. 11.
Geoff. entom. parif. 2. *p.* 174.
Hab. in Europa. In Gallia, prope Lugdunum. V.
Desc. Antennæ corpore dimidio breviores, nigræ, basi ferrugineæ. Palpi ferruginei. *Caput* nigrum. *Thorax* niger, lateribus puncto elevato obtuso. *Elytra* brevissima, longitudine tantum thoracis, ovata, saturate ferruginea, subvillosa, nitida marginata. *Abdomen* tipulæ, longiusculum, lineare, nigrum, quinque articulis. *Pectus* gibbum,

nigricans. *Pedes* ferruginei : posticis apice femorum nigro. *Faun.* 838.

Obs. Nomen triviale. *D. de Geer* optimum, imprimis dum volitat. Maris abdomen ferrugineum apice nigrum, fœminæ nigrum. In *Fauna* fœmina describitur. In nostris speciminibus antennæ ferrugineæ, in mare supra fuscæ. *Alæ* albæ longitudine pectoris & abdominis. V.

Minor. 2. N. (la petite) elytris abbreviatis testaceis apice lineola alba, antennis longioribus. *t.* 2. *f.* 32. *Scop. carn.* 176.

It. œl. 74. necydalis elytris flavis lineola alba.

Sulz. inf. t. 7. *f.* 51.

Fab. lept. dimidiata.

De Geer, necyd. ceramboides. *tom.* 5. *p.* 151.

Schæff. icon. t. 95. *f.* 5.

— *monogr.* 1753. *f.* 6. 7.

Hab. in Europa imprimis Boreali. In Gallia, prope Lugdunum rarior præced. V.

Desc. Caput nigrum. *Thorax* oblongus, ater, punctis duobus niridis dorsalibus. *Elytra* grisea, basi angulata, abdomine dimidio breviora, apice dehiscentia inter se & singula macula lineari alba apice notata. *Alæ* seminudæ, ut in hemipteris cruciatæ, nec intra elytra retractæ. *Antennæ* griseæ, corpore duplo longiores, setaceæ, articulo infimo crasso; secundo minimo; tertio & reliquis oblongis. *Pedes* grisei. *Femora* versus apicem valde crassa, clavata & in eodem loco fere globosa. *Faun.* 837.

Ex antennis esset cerambyx! ex pedibus leptura! ex elytris forficula! cum

cerambyce tamen maxime adfinis, licet externa facie diſſimilis.

Umbella-tarum. 3. N. (des ombellifères) elytris abbreviatis teſtaceis, immaculatis, antennis longis.
Schreber. inſ. 4. necydalis elytris apice nigris.
Scop. carn. 180. necydalis minima.
Fab. lept. 28.
Schæff. icon. t. 95. *f.* 4.
Sulz. inſ. t. 6. *f.* 1.
Hab. in Germaniâ. *D. Screber.* In Galliâ Auſt. V.
Obſ. Similis necyd. min. ſed dimidio minor & abſque lineola alba ad apicem.

** *Elytris ſubulatis longitudine abdominis. Elytris ſemper ad baſin dehiſcentibus.*

Cærulea. 4. N. (la bleue) elytris ſubulatis, cærulea, femoribus poſticis clavatis arcuatis.
Scop. carn. 146. cantharis nobilis.
Fab. 7.
Enum. 317.
Geoff. cantharis craſſipes.
Schæff. icon. t. 94. *f.* 7.
Sulz. inſ. 48. *t.* 6. *f.* 2.
Hab. in Africa, Italia. In Gallia.
Deſc. Tota cærulea, nitidiſſima. *Femora* tantum poſtica incraſſata, magna, curva. *Tibiæ* plantæque omnes nigræ.
Obſ. Cantharis *Geoff.* citata in ſpeciebus Fabricii eſt vera necydalis *Linnæi. Variat* colore & femoribus ſimplicibus. Optime obſervavit *D. Schrank* in enumeratione inſect. Auſtriæ, craſſitiem femorum nec in hoc, nec fortaſſe in ullo alio genere ſpecies diverſas conſtituere. Exempla non deſunt in curcul. ſaltatoriis & in aliis inſectis. V.

Atra. 5. N. (la noire) elytris fubulatis, nigra, femoribus omnibus clavatis.

Fab. 4.

Hab. in Europa Auft. *D. Afcanius.* In Gallia Auft. V.

Defc. Tota nigra, opaca. *Femora* omnia apice clavata.

Obf. In meis fpeciminibus color potius obfcurus quam niger. *Tota* immaculata. V.

Rufa. 6. N. (la rouffe) elytris fubulatis, nigra, femoribus omnibus clavatis, elytris antennifque rufis.

Fab. 6.

Geoff. lepture à étuis étranglés.

Enum. 311.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 295.

Schaeff. icon. t. 94. *f.* 8.

Hab. in Europa Auftrali. *D. Afcanius.* In Gallia.

Corpus *nigrum*. Antennæ, *excepto infimo articulo, rufæ. Elytra rufa, apice nigricantia. Pedes clavati rubri, fed clava pedum 4 priorum nigra.*

Obf. Femora aliquoties fere fimplicia. V.

Flavefcens. 7. N. (la jaunâtre) elytis fubulatis teftaceis, corpore nigro, femoribus pofticis clavatis arcuatis.

Scop. carn. 145. cantharis femorata.

De Geer, necydale jaune. *tom* 5. *p.* 155.

Enum. 315.

Geoff. cantharis fulva.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 295.

Hab. in Europa.

Obf. In noftris elytra attenuata. V.

Defc. Tota nigra, exceptis elytris. *Femora* poftica incraffata, magna, tota atra ut corpus.

Podagrariæ. 8. N. (de la boucage angelique) elytris fubulatis teftaceis, corpore nigro, femoribus pofticis clavatis bafi teftaceis.
Fab. 8.
Schæff. icon. t. 85. *f.* 7. V. Non rite.
Enum. 314.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 195.
Hab. in Ægopodio podagria. *D. Schreber.* In Gallia Auft. Non rara. V.
Defc. Corpus nigrum. *Antennarum* bafis, palpi, elytra, excepto apice, pedes 4 anteriores, femorum pofticorum bafis teftacea.
An unquam hanc necydalem viderit *Fab.?* valde dubito. Nam omnes fynonymi infelices. Adde defcriptioni clar. *Linn.* quod elytra margine exteriore apiceque nigra fint & defc. completa erit.

pilis, cum elytra glabra infinitis punctis excavatis conspersa, sed translucent per ipsam crustam. *Alæ* membranaceæ, acutæ, venis fuscis & fascia fusca longitudinali juxta exteriorem marginem. *Femora* & *pedes* longi, tenues, atri, setis quibusdam, adspersi. *Tibiæ* spinis duabus terminatæ. *Thorax* angustior, teretiusculus, cruce depressa, uti caput niger. *Oculi* prominuli. *Os* prominens: *labium* superius atrum, rotundato-acutum. *Maxillæ* superiores magnæ, prominentes, nigræ, versus basin extus albæ, dentibus plurimis (5) duris armatæ. *Faun.* 748.

Obs. Ex his patet cicindelam sylvaticam non confundendam esse cum bupr. fasciata *Entom. parif.* in cicindela sylvat. caput, thorax, elytra supra, labium superius, atra. Hæc omnia inaurata in bupreste fasciata cujus labium superius album. V.

Maura. 5. C. (la noire) nigra, elytris punctis sex albis, tertio & quarto parallelo.

Fab. 24.

Hab. Algiriæ. *E. Brander.* In Sicilia. *D. Cyrillus.*

Statura cic. campestris. Frons *alba.* Elytra *punctis 6 albis longitudinalibus, ad marginem exteriorem, sed 3 & 4 transverse positis sæpe confluentibus.*

Riparia. 6. C. (de rivage) viridi-ænea, elytris punctis latis excavatis. * *It. œl.* 38. 121.

Geoff parif. 156. bupreſtis 30.

Lift. loqu. 385. scarabæus parvus inauratus.

Fab. elaphrus 1.

De Geer, tom. 4. *p.* 117. *t.* 4. *f.* 9.

Schæff. icon. t. 86. *f.* 4.

Sulz. inf. t. 6. f. 13.
Poda muf. gr. p. 42.
Enum. 359.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 330.
Faun. Fridr. 174.
Hab. in Europæ humentibus. *Ibid,* in Gallia.
Defc. Eft admodum parva, vix duo femina oryzæ æquans. *Os* prominens. Caput, thorax, abdomen, femora (non tibiæ). Pedes ex auro & cupro nitentia. *Oculi* nigri, prominentes. *Thorax* anguftus, teretiufculus. *Elytra* viridi-ænea, punctis latis excavata; in medio finguli puncti excavati punctum prominens. Puncta majora excavata connectuntur longitudinaliter linea elevata nigricante: quum fuperficies fit virefcens, fed punctorum fundus æneus, exfurgit fingularis color. *Faun.* 749.

Flavipes. 7. C. (les pattes jaunes) obfcure ænea, elytris fubnebulofis, pedibus luteis. *
De Geer, t. 4. *p.* 119.
Fab. elaphrus 2.
Faun. Fridr. 175.
Hab. in Europa. In Gallia Auft. V.
Defc. Magnitudo cic. aquaticæ. *Antennarum* bafis flavefcens. *Pedes* lutei. *Elytra* fubænea, obfcure nebulofa. *Faun.* 750.

Rupeftris. 8. C. (la craintive) nigra, thorace globofo, coleoptris punctis duobus fafciaque ferrugineis.
Fab. elaphrus 3.
Hab. in Europæ rupibus, frequentius fub lichenibus.
Magnitudo pediculi majoris, tota nigra, etiam pedibus. Elytra *antice maculæ*

ferruginea, in singulis singula, postice fascia utrisque communi triloba, ferruginea.

4. Maculata. 9. C. (les quatre taches) nigra, elytris fuscis, maculis duabus pallidis, tribus rufis. *

Faun. Fridr. 176.

Hab. in Europa.

Desc. Corpus nigrum, magnitudine pediculi. *Thorax* subglobosus. *Elytra* fusca, singula maculis duabus, altera anteriore, altera posteriore. *Antennæ tibiæque* rufæ. *Faun.* 751.

Aquatica. 10. C. (l'aquatique) ænea nitida, capite striato:

Faun. suec. 558. buprestis fusco-ænea nitida, thorace submarginato.

List. mut. t. 31. *f.* 13.

Schræb. inf. 6. cicindela pusilla.

Geoff. paris. 157. buprestis 31.

De Geer, t. 4. *f.* 118.

Fab. elaphrus 4.

Enum. 361.

Faun. Fridr. 177.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 331.

Hab. in Europæ Galliæque aquis.

Desc. Hæc minima est. *Antennæ* breves; capillaceæ. *Oculi* prominentes; tota nitida: *thorax* latiusculus, carinatus, marginatus. *Elytra* nitida striis minutissimis e punctis minutissimis. *Abdomen* nigro-nitidum. *Pedes* nigri. *Rostrum*, prominulum. *Faun.* 752.

Ex spec. Fab.

Biramosa. 11. C. (le double rameau) obscure ænea; elytrorum margine biramoso albo.

Enum. 256. cic. Viennensis mihi videtur.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Semi-punctata. 12. C. (la demi-ponctuée) æneo-nitida, elytris punctatis, dorso glaberrimo.
De Geer, tom. 4. *p.* 1 8. sed hæc *cic.* D. de Geer. *cic.* aquatica Linn. videtur.
Hab. Halæ-Saxonum & prope Lugdunum. V.

2. Guttata. 13. C. (les deux taches) ænea, elytris nitidis apice flavescentibus.
Iter. Norwag.
Hab. in Norwagiæ aquis.

Ex Enum.

Caraboides. 14. C. (la caraboïde) thorace cordato, hemisphærico, marginato, elytris nigro-æneis, punctis copiosis impressis. *t.* 2. *f.* 39.
Hab. in sabulo insularum Danubialium prope Ottensheimium, velocissime currens.

Ex Faun. Fridr.

Danica. 15. C. (la Danoise) orichalcica: dorso speculifero.
Hab. in truncis excisis faginis.
Obs. Forsan varietas parvæ cicindelæ in Galliæ arboribus emortuis lectæ. V.

Punctata. 16. C. (la ponctuée) subænea, elytris nitidis, punctis plurimis albis.
Hab. prope aquas.



GENUS XXIV.

BUPRESTIS. *Antennæ* ſetaceæ, longitudine thoracis.

Caput dimidium intra thoracem retractum.

* *Elytris faſtigiatis.*

8. Guttata. 1. B. (les points blancs) elytris faſtigiatis muticis maculis quatuor albis, corpore cærulæo.
It. ſcan. 23.
Uddm. diſſ. 42.
Geoff. pariſ. 126. cucujus 2.
Fab. 32.
De Geer, *tom.* 4. *p.* 132. *t.* 4. *f.* 20.
Schæff. icon. tom. 31. *f.* 1.-*t.* 204. *f.* 4.
Hab. in Europa. In Gallia.
Magnitudine *cedit noſtratibus majoribus.* Antennæ *nigræ*, *longitudine thoracis.* Caput *nigrum aut cæruleum*, *lineola alba ante oculos.* Thorax *niger aut cæruleus margine albo.* Elytra *nigra aut cærulea ſtriata*, *obtuſiſſima*, *maculis octo albis longitudinaliter digeſtis.* Abdomen *cæruleum cum linea alba utrinque verſus baſin tranſverſa*, & *in ſingulo ſegmento utrinque par punctorum alborum ; ut ſint ſub abdomine maculæ* 18 *albæ.* Pedes *cærulei cum puncto albo in femoribus quatuor poſterioribus.* Variat *colore cæruleo*, *nigro*, *aureo abſque vel cum maculis.*
Obſ. Caduca deſc. *Fauna* 753 ; hoc inſectum optime deſcriptum eſt in ſyſt. Obſervandum tamen quod puncta ſegmentorum abdominis numero variant,

inde error facilis. In meis ſpeciminibus guttæ flavæ & non albæ. Puncta femorum poſteriorum pariter flava. Cætera conveniunt cum deſcript. *Linnæi.*

Obſ. Reperiuntur ſæpe ſpecimina in quibus puncta abdominis abſunt.

** *Elytris verſus apicem ſerratis.*

Mariana. 2. B. (le ridé) elytris ſerratis longitudinaliter rugoſis : maculis duabus impreſſis, thorace ſulcato. *Muſ. Lud. Ulr.* 89. *

Faun. ſuec. 557. bupreſtis æneo-nitida ſupra cinerea, coleoptris apice attenuatis.

Pet. gaz. t. 2. *f.* 2. cantharis marianus viridis pereleganŝ, vaginis ſulcatis ſignaturis flaveſcentibus notatis.

Fab. 20.

De Geer, tom. 4. *p.* 128. *t.* 4. *f.* 18, 19.

Schæff. icon. t. 19. *f.* 1.

Enum. 362.

Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V. In America.

Deſc. Eſt e maximis. *Elytra* apice truncata, attenuata, ſupra cinerea; ſtriata, abſque maculis, interlucente aureo nitore. *Faun.* 754.

Obſ. Add cum *D. Schrank* in *enum. inſect. auſtriæ* rugas longitudinales, irregulares, in ſingulis elytris maculas impreſſas & has cavitates omnes cupreo auratas. V.

Chryſoſtigma. 3. B. (les points dorés) elytris ſerratis longitudinaliter ſulcatis, maculis duabus aureis impreſſis, thorace punctato. *

Faun. ſuec. 1. *n.* 556. bupreſtis fuſco-ænea, elytris maculis æneis impreſſis.

Sulz. inſ. t. 6. *f.* 39.

Geoff. parif. 125. cucujus 1.
De Geer, tom. 4. *p.* 130.
Schæff. elem. t. 31. *f.* 1. 2.
Fab. 26.
Hab. in Europa. In Gallia.
Defc. Caput, ut in reliquis, maxima ex parte intra thoracem receptum, hinc in hifce torvus adfpectus. *Oculi* pone virefcentes. *Thorax* rubro-æneus. *Elytra* fufco-ænea, fingula fulcis quatuor aut quinque exarata; punctis quatuor (in fingulis elytris binis) in figuram quadratam pofitis, impreffis, deauratis. *Antennæ* fetaceæ, brevif-fimæ. *Abdomen* dorfo cæruleum. *Faun.* 755.

Ruftica. 4. B. (l'azuré) elytris ftriatis faftigiatis, thorace punctato. *
Faun. fuec. 1. *n.* 555. bupreftis viridi-ænea immaculata.
Geoff. parif. 127. cucujus 3.
Scop. carn. 188. mordella ruftica.
Fab. 40.
De Geer, tom. 4. *p.* 130. *t.* 4. *f.* 10.-17.
Schæff. icon. t. 2. *f.* 1.
Enum. 363.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 337.
Hab. in Europa. In Gallia.
Defc. Longit. digiti tranfverfi. *Thorax* viridi-æneus punctis excavatis, craffus, imo craffitie coleopterorum, caput maxima ex parte intra fe recipiens. *Elytra* ænea, minus viridia, immaculata, fingula octo circiter ftriis exarata. *Faun.* 756.
Obf. Non facile determinanda hæc fpecies *Linnæi*; nam variat color elytrorum. In omnibus à me vifis color abdominis fupra violaceus, infra viridis, fed incifuræ abdominis violaceo

marginatæ. *Elytra* ſemper ſtriata, ſed nunquam maculis ſeu punctis nigris, ut ſtercore muſcarum, notata, uti refertur *in enumeratione.*

*** *Elytris integris.*

Auſtriaca. 5. B. (l'Autrichien) elytris ſtriatis æneis bidentatis, capite thoraceque viridi, abdomine violaceo.
Scop. carn. 187. mordella gigantea.
Enum. 364.
Fab. 36.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 337.
Poda gr. p. 43.
Hab. in Auſtria. *D. Scop.* in Gallia Auſt. V.
Corpus *magnitudine bupr. ruſticæ.* Caput & thorax *viridia, nitida, lævia.* Elytra *non ſerrata, ſed apice faſtigiata, bidenta, immaculata, ænea.* Abdomen *violaceum, nitidiſſimum.*
Obſ. Valde diſſentiunt *Entom.* deſcriptiones : ex conſenſu *Linn. Fab.* & *Schrank* bupreſt. auſtriaca eſt mordella gigantea *Scop.* tamen abdomen quod apud *Linn.* violaceum eſt, non ſimiliter pictum in *Entom. carn.* & in *Enum.* inſect. Auſtriæ ; nam abdomen ſupra viridi-auratum, læve in ultimo opere & ſupra virens, ſubtus cupreum in primo ; adde quod apud *D. Scop.* thorax ſubtus e medio inſerens ſterno laminam ſubcanaliculatam. Hæc nota optima ; adde elytra non ſerrata, apice faſtigiata, bidentata, immaculata, ænea, ut obſervavit *Linn.* tunc deſcr. bona. V.

Tenebrionis. 6. B. (le ténébrion) atra, elytris integris lineato punctatis, thorace varioloſo dilatato. *

Sulz. inſ. t. 6. f. 16.
Fab. 43.
Hab. in Europa, Africa. Frequens in Galliæ Auſt. pruno-ſpinoſa. V.
Deſc. Corpus fere bupr. marianæ, ſtatura tenebrionis, totum triſte atrum. *Thorax* fere elytris latior, lateribus rotundatis, ſuperficie cicatricibus variolofis. *Elytra* vix conſpicuis punctis excavatis lineata, nec ſtriata. *Faun.* 761.

Rubi. 7. B. (l'ondulé) nigra, elytris faſciis cinereis undulatis.
Fab. 44.
Hab. in Gallia *D. Gouan.* Frequens prope Cambonium in pinis. V.
Deſc. Corpus paullo majus bupr. 4 punctatæ. *Elytra* faſciis cineraſcentibus quatuor.
Obſ. Mea ſpecimina nigra non ſunt, ſed nigro-ænea ſupra, infra nitidiora.

Nitidula. 8. B. (le brillant) elytris integerrimis, thorace marginato utrinque depreſſo, corpore nitidiſſimo. *
Schæff. icon. t. 50. *f.* 7.
Fab. 58.
Enum. 368.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 339.
Geoff. cucuj. viridis.
Hab. in Europæ Galliæque aquoſis.
Deſc. Magnitudo culicis. *Corpus* undique nitidiſſimum & colore varians e viridi, cæruleo aut aureo. *Thorax* rubro-aureus eſt, in quibuſdam concolor, ſemper depreſſiuſculus. *Antennæ* nigræ. *Subtus* tota viridis polita nitidior. *Faun.* 757.

9. Maculata. 9. B. (les neuf taches) elytris integerrimis maculis tribus longitudinalibus, fronte thoracifque lateribus luteis.
Sulz. inf. t. 16. *f.* 17 ?
Fab. 62.
Hab. in Barbaria. *Brander.* In Gallia Auft. V.
Corpus *nigrum totum, oblongum, mediocre.* Maculæ *luteæ :* 1 *in medio frontis, cum punctis;* 2 *ad thoracis latera,* 3 *in fingulis elytris fitu longitudinali, quarum anterior bafi biloba.* Abdominis *fegmenta punctis* 4 *luteis.*

Ænea. 10. B. (le bronzé) elytris emarginatis, punctis excavatis cicatricantibus apice ftriatis. *
Hab. in Europa. In Gallia Auft. V.
Defc. Corpus majoris magnitudinis, fupra grifeo-æneum, fubtus cupri nitidiffimi. *Thorax* & *elytra* inæqualia punctis excavatis confluentibus in cicatrices variolaceas, unde elytra ftriata funt, præfertim fupra dorfum & ad poftica.
Faun. 758.

Cuprea. 11. B. (le cuivreux) elytris integerrimis, thoracis lateribus fcabris, fcutello tuberculari, corpore cupreo lævi. *Muf. Lud. Ulr.* 94.
Fab. 48.
Hab. in Indiis, in America. In Gallia Auft. V.
Defc. Scutelli loco punctum prominens. *Abdomen* fupra cæruleum.
Meum fpecimen fimile, fed fcutellum e duobus tuberculis conftat. V.

4. Punctata. 12. B. (les points enfoncés) elytris integerrimis punctatis, thorace punctis quatuor impreffis, corpore obfcuro. *

Faun. ſuec. 559. bupreſtis atra, thorace punctis impreſſis.
De Geer, 8.
Fab. 50.
Enum. 366.
Hab. in Europa. In Gallia. V. Præſertim in caltha paluſtri.
Deſc. Hæc ſpecies parva eſt, tota fuſca ſ. atra. *Thorax* a tergo quatuor punctis depreſſis ſ. concavis tranſverſim poſitis, notatus. *Antennæ* thorace breviores, filiformes. *Elytra* non ſtriata, ſed punctis excavata minutiſſimis. *Caput* obtuſiſſimum, retropreſſum. *Faun.* 759.

Manca. 13. B. (le rubis) aurata, thoracis lineis duabus elytriſque fuſcis.
Geoff. cucuj. rubinus.
Enum. 365.
Fab. 52.
Hab. Monſpelii. In Luſitania, Germania, Gallia.
Deſc. Inter minores numeranda, oblongiuſcula, tota ſubtus nitidiſſime aurea. *Frons* vireſcens. *Thorax* fulgide aureus, ſed lineis 2 latis nigris. *Elytra* fuſca vix aureo interlucentia. *Antennæ* nigræ, ſubſerratæ. *Syſt. add.* 10.
Obſ. Variat elytris aurato-viridibus. V.

Minuta. 14. B. (le triangulaire ondé) elytris integerrimis tranſverſe rugoſis, thorace ſubtrilobo lævi æneo. *
Fab. 53.
Geoff. cucuj. 6.
Enum. 370.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 341.
Hab. in Europa. In Gallia.
Deſc. Corpus ovatum, obtuſum, magni-

tudine grani oryzæ, nitidum, nigrum. *Faun.* 760.

Minuta. 15. B. (le triangulaire ſans ondes) elytris integerrimis tranſverſe rugoſis, thorace ſubtrilobo lævi, corpore ovato nigro. *

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Præcedenti ſimilis, ſed thorax æneus eſt elytraque ſunt ſine pilis albis, unde iſta bupreſtis eſt vera bupreſtis minuta *Linnæi.* V.

Viridis. 16. B. (le verd) elytris integerrimis ſublinearibus punctatis, thorace deflexo, corpore viridi elongato. *

De Geer, 6.

Schæff. icon. t. 67. *f.* 9.

Fab. 54.

Scop. mordella ſerraticornis 189.

Enum. 367.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 341.

Hab. in betula alba, foliorum margines exedens.

Deſc. Corpus totum viridiſſimum, mediæ, vel minoris longitudinis, reliquis anguſtius. *Elytra* non ſtriata, nec niſi atomis confertiſſime punctata. *Faun.* 762.

Obſ. De Geer & *Fabricius* pro ſynon. bupr. viridis *Linn.* indicaverunt *n°.* 5. *hiſt. inſ. pariſ.* ſed bupr. viridis *Geoff.* eſt bupr. nitidula *Linn.* uti bene obſervavit *D. Schrank.* Ad hoc confirmandum, *Linn.* & *Geoff.* deſcriptiones conferendæ. V.

Atra. 17. B. (le noir) elytris integerrimis ſublinearibus punctatis, thorace deflexo, corpore atro elongato.

Fab. 56.
An linearis *Enum.* 369?
Hab. in Germania. In Gallia. V.
Simillima bupr. viridi, uti vix diſtinguatur niſi colore.
Obſ. Variat magnitudine ut bupr. viridis: variat etiam colore: in his regionibus color nigro-æneus cum modico virore. V.

Feſtiva. 18. B. (les points bleus) elytris integerrimis maculis ſex cæruleis, corpore viridiſſimo elongato.
Fab. 57.
Hab. in Barbaria. *Brander.* In Gallia prope Lugdunum, ſed rarior. Lecta in junipero. V.
Corpus *magnitudine bupr. viridis, undique ſericeo-viridiſſimum, ſubtus magis nitens.* Thorax *non glaber, punctis impreſſis* 2 *ſ.* 3 *cæruleis.* Elytra *ſtriata; ſingula notata cæruleis punctis:* 1 *ad baſin exteriorem; tum* 2, *demum* 2 *ſubconfluentibus; ultimo apice cæruleo; his accedit punctum cæruleum ad ſcutellum.*

Granularis. 19. B. (l'oblique) æneo-nebuloſa, antennis clavatis. *
Hab. in Europa.
Deſc. Pulice fere minor, ſubtus tota nigra, ſupra obſcure ænea cum macula fuſca in medio dorſo, ambo elytra tangente. *Elytra* tenuiſſime ſtriata. *Thorax* 5 obliquis ſulcis ſtriatus. *Antennæ* clavatæ ut dermeſtis. *Faun.* 763.

Ex hiſt. inſ. de Geer.

Flavo-punctata. 20. B. (les taches jaunes) nigra, thorace margine flavo, elytris punctis abdomi-

neque fubtus maculis flavis quadruplici ordine. *Retz.* 640-*de Geer t.* 4. *p.* 129.
Hab. in Gallia Auft. V.
Obf. Forfan hæc bupr. varietas eft bupr. 8 guttatæ; attamen aut varietas infignis, aut fpecies diverfa. Bupreftis flavo-guttata erit nobis illa cujus frons rubra cum maculis nigris, cujufque femora non maculata. V.

Acuminata. 21. B. (le pointu) nigra, elytris punctatis pone acuminatis, thorace lævi. *Retz.* 633-*de Geer. t.* 4. *p.* 133.
Hab. in Europa.

Ex fpec. D. Fab.

Rutilans. 22. B. (l'éclatant) elytris tridentatis; viridibus, nigro maculatis, margine aureo.
Hab. in Auftria. *Muf. D. Schulz.* In Gallia non frequens. V.
Defc. Thorax viridis punctatiffimus. *Elytra* in medio ad futuram viridiffima, ad marginem ignea. Claufis elytris adparet fafcia longitudinalis viridis inter duas igneas. Superficies elytrorum punctis nigris adfperfa. *Corpus* infra aurato-viride punctatiffimum. *Elytra* apice ferrata. V.

Lugubris. 23. B. (le lugubre) elytris integris, obfcuris nigro-fcabris, corpore fubtus cupreo.
Hab. in Auftria. *D. Schulz.* In Gallia Auft. V.
Obf. Thorax variolofus eft uti in buprefti tenebrione.

Biguttata. 24. B. (les deux points) elytris integerrimis, linearibus

linearibus viridibus, puncto albo, abdomine cyaneo, punctis tribus albis.
Hab. in Angliæ plantis. *D. Yeaſt.* In Gallia Auſt. V.
Deſc. Caput æneum. *Thorax* marginatus & uti elytra colore obſcure cæruleo. *Abdomen* ſubtus nitens cum aliquo virore. V.
Variat colore viridi aut cæruleo.

Læta. 25. B. (le gai) elytris integris viridibus, capite thoraceque aureis.
Hab. Halæ-Saxonum. *D. Schaller.*
An varietas bupr. nitidulæ? Variat thorace baſi viridi.

Salicis. 26. B. (du ſaule) elytris integerrimis, viridinitens coleoptris aureis baſi viridibus.
Schæff. icon. t. 31. *f.* 12.
Hab. in Germaniæ ſalice. *D. Schulz.* *Ibid.* in Gallia. V.
Obſ. Variat. *Thorace* cum maculis aut ſine maculis, elytris magis aut minus ad baſin viridibus. V.

Cyanea. 27. B. (l'azuré) elytris integerrimis rugoſis, corpore cyaneo.
Hab. Halæ-Saxonum. *D. Schaller.* In Gallia Auſt. V.

Ex Entom. pariſ.

Dentata. 28. B. (le dentelé) nigra, thorace punctato, poſtice dentato, elytris ſulcatis.
Hab. in inſulis Sequanæ, prope locum dictum *le gros caillou.*

Ex Faun. Fridrichſdalina.

Marginata. 29. B. (le bordé) marginata, elytris integerrimis nigris margine flavo.

Hab. paſſim in Europa.

Nigra. 30. B. (le noir) nigra, thorace elytriſque nigris, abdomine ſubtus tomentoſo-albo.

Ex noſt. Muſ.

6. Punctata. 31. B. (le ponctué) nigra, elytris 6 maculis flavis.
Hab. prope Lugdunum.
Obſ. Corpus totum nigrum. Variat thorace ſæpe 2 punctis flavis ornato. *Antennæ* nigræ, ſerratæ. *Caput* ſemper nigrum; igitur non varietas bupr. 9 maculatæ.

Triſtis. 32. B. (le triſte) triſte cuprea, thorace in medio ſulcato.
Hab. in Gallia Auſt.
Variat colore minus aut magis obſcuro. *Antennæ* moniliformes.

14. Punctata. 33. B. (les quatorze points) thorace æneo, punctato: elytris nigro-cæruleis, parce ſtriatis, 14 maculis flavis.
Hab. in pinis Galliæ Auſt.
Deſc. Abdomen infra nitido-æneum.

Femorata. 34. B. (les groſſes cuiſſes) tota aurato-viridis, femoribus poſteriobus craſſis, pedibus villoſis. *tab.* 2. *f.* 40.
Hab. prope Nemauſum.
Deſc. Admodum depreſſa. *Thorax* dilatatus eſt punctatiſſimuſque. *Elytris* concoloribus & valde punctatis.

Hirta. 35. B. (le hériſſé) elytris fuſcis, maculis flavis variegatis & pilis albis rigidiſque hirſutis. *t.* 2. *f.* 42.

Hab. prope Cambonium.

Deſc. Parva. *Thorax* dilatatus, ſquamis albis lateraliter tectus. Squamæ albæ in fronte. *Abdomen* ſubtus album. Deficientibus ſquamis nigro-æneum.

Faſciata. 36. B. (le faſcié) cuprea, elytris tribus faſciis viridi-violaceis; inter faſcias elytris viridibus. *tab.* 2. *f.* 41.

Hab. *in* Delphinatu. *Muſ. D. Gaillard*, parochiæ, vulgo *Touſſieu*, rector digniſſimus.

Deſc. Nitido ænea. Magnitudine bupr. 8 guttatæ. *Antennæ* æneæ. Egregium hoc inſectum alas nigras habet.

Calybea. 37. B. (l'acier) calybea, corpus convexum. Capite, thorace elytriſque conſertiſſime punctatis.

Hab. in Breſſia, prope *caſtellum Montillerii.*

Deſc. Elytra lata ratione magnitudinis. *Antennæ* tenuiſſimæ. *Abdomen* infra aliquoties æneum, ſed ſæpius chalybæum.

Creſus. 38. B. (le créſus) elytris igneis, baſi violaceis. Thorace capiteque violaceis. Maculis nigris oblique longitudinalibus in thorace.

Hab. prope Maſſiliam. In Africa. *D. Desfontaine.*

Deſc. Parva; ſed ſi magna eſſet, pulchritudine omnes bupr. ſuperaret; ſubtus plumbea.

Maſſilienſis. 39. B. (le Marſeillois) rugoſa, abdomine ſupra viride, infra cupreo.

Hab. prope Maſſiliam.

Deſc. Inter majores ſi non maxima bupr. Europæarum. Subtus tota cuprea. Supra color variat. *Capite thoraceque* viri-

dibus. Color rugis nigris diviſus. *Elytris* rugoſis, ſed ſpatium inter rugas modo nigrum, modo cupreum, modo griſeum. *Pedes* cuprei : lamina a ſterno prominens canaliculata.

Æneicollis. 40. B. (le collier bronzé) nigra, thorace æneo.

Hab. prope Nemauſum.

Deſc. Parva, non tamen minima. *Thorax* inæqualis, elytra nigra punctata. Non frequens in Gallia Auſt.

Ex icon. D. Schæff.

Oculata. 41. B. (l'oculé)

Hab. in Europa.

GENUS XXV.

DYTISCUS. *Antennæ* ſetaceæ aut clavato-perfoliatæ.

Pedes poſtici villoſi, natatorii, ſubmutici.

* *Antennis perfoliatis.*

Piceus. 1. D. (les antennes rouſſes) antennis perfoliatis, corpore lævi, ſterno carinato poſtice ſpinoſo. * *Scop. carn.* 293.

Lyonnet leſſ. tab. 1. *f.* 15. 16. 12.

Geoff. pariſ. 1. *p.* 182. *t.* 3. *f.* 1. Hydrophilus.

Dytiſci *Larvæ ſubaquaticæ ſunt voraciſſimi aquatilium crocodyli. Occidunt Piſces innumeros uti Baruthi 1762, teſte Schreber, neu Samml. 1763. part. 3. p. 683. de D. ſemiſtriato. Dorſo impoſiti circumgyrando exſiliunt; in umbra quieſcunt, noctu volitant; diutius in ſicco ſervari difficulter ſubmergi poſſunt.*

Fab. hydrophilus 1.
De Geer, hydrophile à antennes rouſſes. *tom.* 4. *p.* 371. *t.* 14. *f.* 1.–11.
Dytiſcus haſtatus act. Berol. phyſ. 4. *t.* 7. *f.* 2.
Friſch. inſ. 2. *t.* 6.
Sulz. inſ. t. 6. *f.* 8.
Bergſtr. Nomencl. 1. *t.* 6. *f.* 3.
—— *t.* 8. *f.* 1.
—— *t.* 5. *f.* 1.
Schæff. elem. t. 71.
—— *icon. t.* 33. *f.* 1. 2.
Faun. Fridr. 184.
Hab. in Europa. Nidus natans mucrone eminente inſtructus.
Antennæ *clava ovata : articulo ultimo atro, glabro, reliquis fuſcis, non glabris.* Pectus *ſubtomentoſum : ſternum carinatum, compreſſum, valde prominens, antice obtuſum, ſubtus canaliculatum, poſtice ſubulatum.* Elytra *lævia, vix manifeſte ſtriata.*

Caraboides. 2. D. (le caraboïde) antennis perfoliatis, corpore glabro ſtriis aliquot recurvis. * *t.* 2. *f.* 43.
Rœſ. aqu. 1. *t.* 4. *f.* 1. 2.
Friſch. inſ. 13. *p.* 24. *t.* 21.
Sulz. inſ. t. 6. *f.* 41.
De Geer, hydrophile à antennes noires. *tom.* 4. *p.* 376.
Hydrocantharis niger ſubrotundus. Raj. inſ. 95. 7.
Bergſtr. Nomencl. 1. *t.* 5. *f.* 8. 9.
—— *t.* 7. *f.* 8. 9. Larva. Puppa.
Sulz. inſ. t. 6. *f.* 10.
Schæff. icon. 33. *f.* 10 ?
Faun. Fridr. 185.
Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Magnitudo media ; poſtice minus acutus. *Faun.* 765.

Scarabæoides. 3. D. (le ſcarabéoïde) ovalis, convexus, ater, læviſſimus, antennis filiformibus triarticulatis.
Rœſ. inſ. 2. *aquat.* I. *t.* 4.
Fab. 5.
Enum. 371.
Geoff. ſcar. piceus.
Hab. in Europæ Galliæque aquis.
Obſ. Varietas forte. dytiſ. caraboides ? ejuſdemque magnitudinis.

Fuſcipes. 4. D. (le noir ſtrié) antennis perfoliatis, elytris ſtriatis margine lividis, pedibus fuſcis.
Geoff. hydrophile 4.
De Geer, tom. 4. *p.* 377.
Hab. in Europæ Galliæque aquis.
Deſc. Hic parvus eſt. *Faun.* 766.

Luridus. 5. D. (le brun) antennis perfoliatis luridis, elytris punctis tribus fuſceſcentibus, thorace lateribus flavicante. *
De Geer, hydroph. 5. *tom.* 4. *p.* 379. *t.* 15. *f.* 5. 6. 7.
Fab. hydroph. 8.
Hab. in Europæ Galliæque aquis.
Deſc. Magnitudo chryſomelæ mediæ, totus luridus. *Caput* æneo-nigrum. *Elytra* ſtriata puncto nigro in medio ad marginem duobuſque obſoletis vix manifeſtis ad ſuturam longitudinalem. *Pedes* ferruginei. *Faun.* 767.

** *Antennis ſetaceis.*

Latiſſimus. 6. D. (le large) niger, elytrorum marginibus dilatatis, linea flava.

Friſch. inſ. 2. *t.* 7. *f.* 1. 2. ſcarabæus aquaticus magnus niger margine luteo.
Fab. dytiſcus 1.
Sulz. inſ. t. 6. *f.* 19.
Bergſtr. Nomencl. 1. *t.* 5. *f.* 1. 2.
De Geer, 1. *tom.* 4. *p.* 390.
Schæff. icon. t. 217. *f.* 2.
Hab. in Europæ aquis.
Deſc. Inter noſtros maximus eſt. Margo *elytrorum*, præſertim a latere medio, admodum prominet flavo colore. Apex ſterni bifulcus, acuminatus. *Faun.* 768.

Marginalis. 7. D. (la bordure) niger, thorace elytrorumque margine flavis. * *Scop. carn.* 294.
Raj. inſ. 93. *n.* 1.
Aldr. inſ. 707.
Mouff. inſ. 164. *f. bona.*
Liſt. mut. t. 5. *f.* 2.
Roeſ. inſ. 2. *aquat.* 2. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 9. 10.
Sulz. inſ. t. 6. *f.* 42.
Geoff. pariſ. 186. *n.* 2.
Schæff. elem. t. 7. *f.* 1.
Fab. 3.
De Geer, *tom.* 4. *p.* 391. *t.* 16. *f.* 1. - 8.
Bergſtr. Nomencl. t. 1. *f.* 1.
—— *t.* 6. *f.* 1. 2.
—— *t.* 7. *f.* 4. 5. Larva. Puppa.
Schæff. icon. t. 8. *f.* 7.
Faun. Fridr. 186.
Hab. in Europæ, Galliæ Americæque Septentrionalis aquis.
Deſc. Totus niger, lævis: in vertice linea lunaris ſ. anguli obtuſi rubens. *Thorax* cingitur luteo margine. *Elytra* margine exteriore flava, duabus ſtriis vix manifeſtis longitudinalibus e punctis minutiſſimis notata. Umbra flava vix manifeſta verſus apices elytrorum. *Apex ſterni* bifurcus. *Faun.* 769.

Semiſtriatus. 8. D. (le demi-ſillonné) fuſcus, elytris ſulcis dimidiatis decem villoſis. * *Geoff. pariſ.* 1. *p.* 187. *n.* 3. *t.* 3. *f.* 2.

Faun. ſuec. 1. *n.* 58. dytiſcus ſupra fuſcus, ſubtus ater.

β. *Faun. ſuec.* 1. *n.* 567. dytiſcus elytris ſtriis 10 dimidiatis.

Raj inſ. 94. *n.* 2. Hydrocantharus elytris ſtriatis ſ. canaliculatis.

Friſch. inſ. 2. *t.* 7. *f.* 4.

Rœſ. inſ. 2. *aquat.* 1. *t.* 1. *f.* 10.

Bradl. nat. t. 26. *f.* 2.

Enum. 374.

Faun. Fridr. 188.

De Geer, *tom.* 4. *p.* 391. *f.* 1.-8.

Fab. 3.

Bergſtr. Nomencl. 1. 2. 3. *t.* 1. *f.* 2.

Schæff. icon. t. 8. *f.* 7.

Hab. in Europæ Galliæque aquis.

Deſc. Elytra profunde ſtriata, ſ. ſulcata, ſed non ſecundum totam longitudinem, relicto ſpatio lævi verſus apicem: ſtriæ hæ & elytra glabra ſunt; margo elytrorum pallidus; in ſingulo elytro decem ſtriæ. *Faun.* 772.

Fœmina dytiſ. marginalis?

Striatus. 9. D. (le ſtrié) fuſcus, elytris tranſverſe ſubtiliſſime ſtriatis. *

Fab. 8.

De Geer, *tom.* 4. *p.* 399. *t.* 15. *f.* 16.

Hab. in Europæ aquoſis.

Deſc. Corpus mediæ magnitudinis. *Elytra* adeo tenuibus tranſverſis confertiſſimis ſtriis ſignata, ut vix armato oculo conſpicantur. *Faun.* 770.

Fuſcus. 10. D. (le brun) fuſcus, elytris tranſverſe ſubſtriatis.

Hab. in Europæ aquis.

Cinereus. 11. D. (le cendré) cinereus, elytrorum margine thoraciſque medietate flavis. *
Hoffn. inſ. 2. *t.* 12.
Rœſ. inſ. 2. *aquat.* 1. *t.* 3. *f.* 6.
Liſt. mut. t. 5. *f.* 1.
Pet. gaz. t. 70. *f.* 3.
Geoff. pariſ. 1. *p.* 188. *n.* 4.
Fab. 11.
De Geer, *tom.* 4. *p.* 397.
Schæff. icon. t. 90. *f.* 7.
Enum. 375.
Poda gr. p. 43.
Scop. dytiſcus punctatus.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 348.
Faun. Fridr. 187.
Hab. in Europa. In Galliæ aquis.
Deſc. Magnitudo maximæ muſcæ. *Thorax* flavus margine anteriore & poſteriore (non lateribus) nigro. *Elytra* cinerea, punctis minimis confertis luteſcentibus ſeu ſubdiaphanis : margo exterior elytrorum flaveſcens, in vertice macula cordata flava marginibus nigris. *Sterni apex* bifurcus, obtuſus. *Faun.* 771.

Sulcatus. 12. D. (le ſillonné) elytris ſulcis decem longitudinalibus. *
Geoff. pariſ. 1. *p.* 189. *n.* 5.
Friſch. inſ. 13. *p.* 13. *t.* 7.
Rœſ. aquat. 1. *t.* 3. *f.* 7.
Bradl. nat. t. 26. *f.* 2. *A.*
Raj. inſ. 569. hydrocantharus minor, corpore rotundato plano.
Raj. inſ. 94. *n.* 3.
Fab. 6.
De Geer, *tom* 4. *p.* 397.

Maribus pedum anteriorum plantæ hemiſphæricæ. fœminis ſæpius elytra ſulcata. Priores dermeſtidi, poſteriores Carabi aquatici videntur. Sexus difficulter dignoſcitur, ſpecies difficilius determinantur.

Bergstr. Nomencl. t. 5. *f.* 3. 4. 5.
—— *t.* 7. *f.* 6. 7.
Schæff. elem. t. 59.
—— *icon. t.* 3. *f.* 3.
Enum. 378.
Faun. Fridr. 189.
Hab. in Europæ Galliæque aquis.
Fœmina dytis. cinerei?
Desc. Est inter minores & penultimo longe minor. *Thorax* niger, margine & linea transversa flava. *Elytra* nigra, singula quatuor vel quinque sulcis latis longitudinaliter excavata & pilis griseo-cinerea, interjacentibus marginibus nigris glabris. *Apex sterni* bifurcus est. *Faun.* 773.

Erytrocephalus. 13. D. (la tête rousse) ovato-oblongus niger, antennis rufis, pedibus piceis.
Fab. 24.
Le Geer, tom. 4. *p.* 404.
Hab. in Europæ aquis.
Desc. Magnitudo seminis oryzæ, supra lævis, niger. *Caput*, exceptis oculis, rufum. *Pedes* rufi. *Antennæ* nigræ. *Faun.* 774.

Maculatus. 14. D. (le tacheté) ovatus niger, thorace nigro fascia pallida, elytris albo-maculatis. *
Fab. 23.
Uddm. diss. 43.
Faun. Fridr. 192.
Hab. in Europæ aquis.
Desc. *Corpus* magnitudine seminis cucumeris. *Thorax* pallidus, antice & postice nigricans. *Elytra* fusca striis longitudinalibus & nonnullis maculis pallidis versus latera. *Faun.* 777.

Ferrugineus. 15. D. (le rouillé) ferrugineus totus.

Enum. 3?
Hab. *in* Europa. *D. Aſcanius.*
Magnitudine cimicis, totus rufus ſ. ferrugineus.

Bipuſtulatus. 16. D. (les deux points rouges) ater lævis, capite poſtice punctis duobus rubris.
Fab. 5.
Hab. *in* Europa. In Suecia.
Parvus, non tamen minimus, totus niger. Antennæ, *palpi pedeſque picea.* Caput *poſtice juxta thoracem punctis* 2 *ſanguineis, paribus.*

Ovatus. 17. D. (le ſphérique) ovatus fuſcus, capite thoraceque rubris. *
Fab. 30.
Enum. 38?.
Geoff. le dytiſque ſphérique.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 350.
De Geer, tom. 4. *p.* 402. *t.* 5. *f.* 17.-20.
Hab. *in* Europæ Galliæque aquis.
Deſc. Magnitudo ſeminis oryzæ vel pulice paullo major. *Elytra* fuſca. *Abdomen* rubrum. *Thorax* & *caput* rufeſcentia. *Oculi* nigri. (affinis dytiſco erythrocephalo. *Faun* 2282.

Paluſtris. 18. D. (le marécageux) niger læviſſimus, elytris lituris duabus lateralibus albidis.*
Fab. 29.
Faun. Fridr. 190.
Hab. *in* Europæ aquis.
Deſc. Magnitudo minor dytiſ. erythrocephalo. *Totus* niger, nitidus, at lituræ flavo-exalbidæ flexuoſæ ad elytrorum marginem exteriorem, una in medio, altera vel verſus apicem vel verſus baſin marginis lateralis. *Faun.* 775.
Obſ. Thorax ferrugineus. *Fab.*

Uliginoſus. 19. D. (l'humide) ater nitidus, antennis, pedibus elytrorumque latere exteriore ferrugineis. *
Enum. 378.
Müll. Lin. Nat. cl. V. p. 350.
Fab. 21.
Scop. 296?
Faun. Fridr. 191.
Hab. in Europæ aquis.
Deſc. Corpus vix cimicem ſuperans, ovatum, atrum, glaberrimum, adſperſum punctis excavatis. *Elytra* margine laterali ferruginea. *Pedes* & *antennæ* rufæ. *Faun.* 776.

Bimaculatus 20. D. (les deux taches) teſtaceus, elytris macula nigricante.
Hab. in Gallia. *D. Gouan.*
Magnitudo oryzæ. Corpus *teſtaceum, ſubtus obſcurum magis.* Thorax *lævis.* Elytra *ſubſtriata, in medio macula magna nigra.*

Granularis. 21. D. (les deux lignes jaunes) niger, elytris lineis duabus flaveſcentibus, pedibus rufis.
Fab. 33.
Scop. 297.
Hab. in Europa. Upſaliæ.
Magnitudo pulicis. Elytra *ſingula lineis* 2. *diaphanis, longitudinalibus, apice concurrentibus, quæ dum in aquis verſatur, aureæ apparent.*

Minutus. 22. D. (le pigmée) elytris fuſcis baſi lateribuſque pallidis, thorace flavo immaculato, corpore ovato. *
Fab. 36.
De Geer, tom. 4. *p.* 404. *t.* 16. *f.* 9. 10.
Geoff. 12.

Hab. in Europæ Galliæque aquoſis.
Deſc. Corpus magnitudine ſeminis cucumeris. *Thorax* pallidus. *Elytra* cinerea lateribus ſtriis pallidis aliquot & obliquis, punctis vix conſpicuis adſperſa. *Faun.* 778.

Ex ſpec. D. Fab.

Feneſtratus. 23. D. (le vitré) ſubtus ferrugineus, ſupra niger, elytris punctis duobus feneſtratis.
Hab. in aquis Hamburgenſibus. *D. Schulz.*

Tranſverſalis. 24. D. (le tranſverſal) ater, thorace antice elytrorumque marginibus flavis.
Müll. Zool. dan. prod. 71. 668.
Pontop. Atl. dan. 1. *t.* 29.
Bergſtr. Nomencl. 1. *t.* 5. *f.* 6.
Hab. in Europæ aquis.

Hermanni. 25. D. (l'Hermann) gibbus, capite, thorace elytrorumque baſi ferrugineis, elytris truncatis.
Acta. Soc. Berol. phyſ. 4. *t.* 7. *f.* 3.
Hab. in Alſatiæ aquis ſtagnantibus. *Prof. Hermann.*

Gibbus. 26. D. (le boſſu) gibbus, ferrugineus, elytris nigris apice acuminatis.
Hab. in Kiliæ aquis ſtagnantibus. *D. de Scheſtadt.*

Notatus. 27. D. (le marqué) fuſcus, thorace flavo, punctis quatuor nigris.
Bergſtr. Nomencl. 1. *t.* 5. *f.* 10.
Hab. in Germaniæ aquis. In Gallia Auſt. V.

Depreſſus 28. D. (l'aplati) thorace ferrugineo,

punctis duobus baſeos nigris, elytris fuſcis, ferrugineo maculatis.
Hab. in Sueciæ aquis.

6. Puſtulatus. 29. D. (les ſix points) ater, capite ferrugineo, elytris maculis tribus rufis, baſeos majore.
Hab. in Sueciæ aquis ſtagnantibus.

Lituratus. 30. D. (le rayé) niger, elytris baſi lituraque baſi parallelis.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. V.

Lineatus. 31. D. (les quatre lignes) ferrugineus, coleoptris fuſcis, lineis flaveſcentibus.
Bergſtr. Nomencl. I. 32. 8. 9. *t.* 6. *f.* 3. 9.
Hab. in aquis ſtagnantibus Alſatiæ. *Prof. Hermann.*

Inæqualis. 32. D. (l'inégal) ferrugineus, elytris nigris, lateribus inæqualiter ferrugineis.
Hab. in Sueciæ aquis ſtagnantibus.

Puſillus. 33. D. (l'imperceptible) ater, thorace elytriſque margine albis.
Hab. in Italiæ aquis. *Dr. Allioni.*

Planus. 34. D. (le plan) ovato-oblongus planus, niger, tibiis ſolis rufis.
Hab. in Daniæ aquis. *D. Lund.*
Obſ. Statura omnino dytiſ. erythocephali, at caput nigrum.

Orbicularis. 35. D. (l'orbiculaire) ſubrotundus, corpore glabro, atro.
Hab. in Germaniæ aquis. In Gallia. V.

Bipunctatus. 36. D. (les deux points blancs) thorace

atro, margine griseo, elytris fuscis, puncto postico albo.
Faun. Fridr. n°. 194. *an ?*
Hab. in Upsaliæ aquis.

Ex Enum.

Gyrinoides. 37. D. (le dytisque-tourniquet) ovatus, convexus, niger, elytris striatis, antennis perfoliatis, pedibus natatoriis nullis, palpis antennis longioribus.
Hab. in aquis stagnantibus Austriæ superioris, ubi eodem modo ac gyrinus natator circumnatat.

Immaculatus. 38. D. (le noir lisse) totus niger lævis.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 350.
Hab. in aquis stagnantibus Austriæ inferioris.

Undulatus. 39. D. (la bande ondulée) antennis setaceis, niger, lævis, elytris ad basin fascia undulata, abrupta, sanguinea.
Beytr. Zuz. Nat. p. 70. §. 18.
Hab. in Europa.

Coccinelloides. 40. D. (le coccinelloïde) antennis perfoliatis, niger, thorace lateribus flavicante, elytris pallidis, punctato-striatis.
Hab. in aquis Lincensibus.

Fimbriatus. 41. D. (le frangé) fuscus, lævis, thorace elytrisque nigris, flavo marginatis, basi elytrorum flava.
Hab. in aquis Viennensibus.

Fusculus. 42. D. (le livide) ater, elytris fuscis, lævibus; pedibus obscure testaceis.
Geoff. dystis. noir à étuis brun.

Faun. 772. *β.*
Hab. in aquis Auſtriæ ſuperioris.

Uni-lineatus. 43. D. (la ligne) niger, elytrorum margine lineaque dimidiata flaveſcentibus.
Hab. in aquis.

Nigricans. 44. D. (le noirâtre) antennis filiformibus niger, elytris fuſcis, antennis pedibuſque caſtaneis.
Hab. in aquis, prope Viennam.

Ex op. D. de Geer.

Bilineatus. 45. D. (la double ligne) elytris fuſcis, corpore ſubtus fulvo, linea duplici nigra. *Retz.* 800-*de Geer*, *t.* 4. *p.* 400.

Semi-niger. 46. D. (le demi-noir) thorace elytriſque obſcure fuſcis, rufo marginatis, corpore ſubtus nigro. *Retz.* 801-*de Geer*, *t.* 4. *p.* 401.
Hab. in aquis.

Griſeo-ſtriatus. 47. D. (le rayé) niger, ſupra maculis ſtriiſque griſeis; pedibus rufo-fuſcis. *Retz.* 805-*de Geer*, *t.* 4. *p.* 403.
Hab. in aquis. Excutellatus eſt.

Hyalinus. 48. D. (le tranſparent) vireſcens, elytris hyalinis, maculis lateraliter albidis. *Retz.* 807-*de Geer*, *t.* 4. *p.* 406. *t.* 15. *f.* 21. 23.
Hab. in aquis. In Gallia Auſt. V.

Ex Entom. pariſ.

Stagnalis. 49. D. (la bordure latérale) fuſcus, margine coleoptrorum thoraciſque flavo.
Fab. 4.

De Geer,

De Geer, tom. 4. p. 396.
Rœſ. inſ. 2. aquat. 1. t. 2.
Friſch. inſ. 13. t. 1. f. 7.
Schæff. elem. t. 7.
Hab. in aquis Galliæ Germaniæque ſtagnantibus.

Luctuoſus. 50. D. (le deuil) totus niger lævis.
De Geer, tom. 4. p. 401.
Schæff. icon. t. 8. f. 9.
Hab. in ſtagnis.

Teſſelatus. 51. D. (l'échiquier) fulvus, maculis ſparſis nigris. *t. 2. f.* 44.
Hab. in aquis.

Variegatus. 52. D. (le panaché) fuſcus, elytris antice & poſtice flavis.
Hab. in aquis.

Melanophtalmos. 53. D. (les yeux noirs) flavo-fuſcus, oculis nigris, elytris lævibus.
Hab. in aquis ſtagnantibus.

Quadratus. 54. D. (le quadrille) niger, thorace flavo, elytris lævibus, maculis limboque luteis.
Hab. in ſtagnis.

Monoſtriatus. 55. D. (la ſtrie) niger, elytris maculis & limbo luteis, ſtria unica.
Enum. 387.
Hab. in ſtagnantibus aquis.

Clavicornis. 56. D. (les antennes en maſſue) fuſcus, capite thoraceque fulvis, antennis ſubclavatis, ſcutello nullo.
De Geer, 10.
Hab. in aquis ſtagnantibus.

Hebraicus. 57. D. (l'hébraïque) niger, capite thoraceque antice flavis, elytris lævibus, maculis aliquot luteis, nonnullis connexis.
Hab. in ſtagnis.

Punctatus. 58. D. (le picoté) thorace flavo macula nigra, elytris fuſcis, punctis nigris confertis.
Hab. in aquis.
Variat colore ſubtus modo fulvo, modo nigro. V.

Marmoratus. 59. D. (le marbré) fuſco-pallidus, elytris externe maculis obliquis lineiſque albidis.
Hab. in rivulis & ſtagnis.

Ex noſt. Muſ.

Bicolor. 60. D. (le bedeau) ſupra caſtaneus, infra niger, oculis argenteis.
Hab. prope Cambonium.
Deſc. Corpus nigrum nitidum. *Elytra* lævia, nitida. *Thorax* obſcurior.

Griſeus. 61. D. (le gris) thorace in medio nigro, elytris griſeis, lente regulariter punctatis.
Hab. in aquis, prope Lugdunum.



GENUS XXVI.

CARABUS. *Antennæ* ſetaceæ.
Thorax obcordatus apice truncatus, marginatus.
Elytra marginata.

* *Majores.*

Coriaceus. 1. C. (le chagriné) apterus, ater, opacus, elytris punctis intricatis ſubrugoſis. *Scop. carn.* 265.
Sulz. inſ. t. 6. f. 44.
Pod. inſ. 43.
Geoff. pariſ. 141. bupreſtis 1.
De Geer, tom. 4. *p.* 90.
Fab. 2.
Pontop. Atl. dan. t. 29.
Begſtr. Nomencl. 1. *t.* 13. *f.* 7.
Schæff. icon. t. 36. *f.* 1.
Enum. 388.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 353.
Faun. Fridr. 195.
Hab. in Germania, Auſt. Galliaque.
Inter maximos Europæos numerandus. Totus *ater, lævis.* Elytra *abſque ſulcis ex punctis confuſis, excavatis confluentibus, confertis.* Antennæ *corpore breviores.*

Granulatus. 2. C. (le granulé) apterus, elytris longitudinaliter convexe punctatis. * *Scop. carn.* 263.

Carabi *Larvæ ſæpe intra Ligna putrida, muſcos, terram, &c. degunt; Volatilia vero inſectorum imprimis Larvarum Leones ſunt, curſu feſtinantes.*

Faun. ſuec. 511. carabus ater, elytris convexe punctatis ſtriatiſque.

β. Carabus niger, elytris ſubvireſcentibus convexe punctatis ſtriatiſque. *Faun. ſuec.* 512.

γ. Carabus purpuraſcenti-niger, elytris convexe punctatis ſtriatiſque. *Faun. ſuec.* 513.

Hoffn. inſ. 2. *t.* 3.

Fab. 17.

De Geer, tom. 4. *p.* 88.

Schæff. icon. t. 18. *f.* 6.

Sulz. inſ. t. 7. *f.* 2.

Poda gr. p. 45.

Faun. Fridr. 197.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 353.

Hab. in lignis putridis.

Deſc. Caput parvum. *Oculi* prominentes. *Antennæ* ſetaceæ, articulis undecim, longitudine dimidii corporis. *Os* maxillis prominens : maxillæ inferiores majores, arcuatæ, acutæ, ad baſin denticulo armatæ a latere interiore. Maxillæ inferiores acuminatæ, arcuatæ, denticulo ad baſin interne etiam inſtructæ. Palpi maxillares ſuperiores ſinguli tribus articulis conſtant, extimo reliquis craſſiore : hæ antennulæ maxillis triplo longiores ſunt : antennulæ maxillares inferiores unico articulo conſtructæ, nec maxillis longiores. Oris labium ſuperius obtuſo-emarginatum. *Thorax* ater, a tergo convexus, leviuſculus, margine laterali prominente verſus baſin angulato ; a parte pectoris thorax compreſſius cartilagine enſiformi vel ſcutello verſus abdomen. *Elytra* ovata, arcta, atra, margine exteriore elevata aut dilatata : in ſingulo elytro tres ordines longitudinales punctorum

elevatorum, ovatorum, ſingulo ordine duodecim communiter punctis. *Abdomen* glabrum uti totum corpus. *Femora* teretiuſcula. *Tibiæ* ad apicem duabus ſetis terminatæ. *Faun.* 781. & *non* 780.

Obſ. Non facile determinatur hic carabus, & licet omnes entomologici & ipſe *Linnæus hiſt. inſ. pariſ. n°.* 3. citaverint, deſcript. *D. Geoff.* non concordat.

In entom. carn. elytrum ſtriis longitudinalibus elevatis quatuor: binis mediis craſſioribus: inter duas quaſdam ſtrias eſt ſeries punctorum elevatorum.

Secundum cl. de Geer, in elytro tres ordines tuberculorum elevatorum, elongatorum convexorumque, ſed tuberculi ſeparati duobus ſulcis elevatis.

In Entom. pariſ. lineas elevatas longitudinales comitantur aliæ lineolæ ſimiles lateraliter poſitæ.

Denique *Linnæus* linearum elevatarum punctis interpoſitarum meminerit nihil, uti obſervavit *D. Scop.*

Ex his patet bupreſt. *n°.* 3. *Entom. pariſ.* non eſſe carabum granulatum *Linnæi*, & ad carabum catenulatum *Scop.* primum referrem: nam magnitudo eadem eſt & ambo variant colore violaceo.

Donec copula dubium eruerit, erunt nobis duæ ſpecies diverſæ; & pro carabo granulato habebimus illum, cujus elytrum ornatum erit punctis oblongis, elevatis, convexis, & cujus punctorum ordines ſeparabuntur ſulcis elevatis, binis mediis craſſioribus. In omnibus meis ſpeciminibus infimus antennarum articulus rufus. V.

Variat tarſibus anterioribus latis villoſiſque.

Hortenſis. 3. C. (le jardinier) apterus, elytris punctis æneis excavatis triplici ſerie. *
Liſt. mut. t. 8. *f.* 4.
Raj. inſ. 96. *n.* 2. cerambyx purpureus punctatus.
Fab. 10.
De Geer, tom. 4. *p.* 90. *t.* 3. *f.* 1.–6.
Enum. 389.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 353.
Stroem. Act. nidroſ. 3. *p.* 401. *t.* 6. *f.* 7.
Schæff. icon. t. 11. *f.* 3.
Bergſtr. Nomencl. 1. *t.* 17. *f.* 4. 5.
Faun. Fridr. 198.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.
Deſc. Elytra tribus ordinibus, longitudinalibus punctorum excavatorum, rotundorum, ſingulo ordine duodecim punctis conſtante, lineæ longitudinales puncta diſtinguentes etiam concavæ ſunt. *Faun.* 783.
Obſ. In omnibus puncta ænea ſunt, corpuſque nigrum eſt; ſed elytra variant colore aliquoties aureo-vireſcenti. V.

Leucophtalmus. 4. C. (le cannelé noir) elytris lævibus, ſtriis obſoletis octo. * *Scop. carn.* 266.
Faun. ſuec. n. 515. carabus ater, elytro ſingulo ſtriis octo.
Geoff. pariſ. 1. *p.* 146. *n.* 7.
Enum. 396.
Faun. Fridr. 199.
De Geer, tom. 4. *p.* 96.
Fab. 29.
Schæff. icon. t. 18. *f.* 2.
Bergſtr. Nomencl. 1. 9. 13. *f.* 2.
Hab. in Europa. In Gallia.
Deſc. Thorax, ratione magnitudinis inſecti, minor quam in reliquis. *Color* in toto corpore niger : elytris ſimul

ſedecim ſtriis longitudinalibus, parallelis. *Faun.* 784.

Clatratus. 5. C. (le grillé) apterus nigricans, elytris porcatis, interjectis punctis excavatis longitudinalibus. *

Fab. 18.

Hab. in Europa. In Gallia Auſt. non frequens. V.

Deſc. Corpus majoris magnitudinis, nigrum. *Elytra* ſingula ſulcis tribus latis, in quibus puncta oblonga, elevata; porcæ ſulcos diſtinguentes acuto dorſo ſunt. *Faun.* 782.

Obſ. Variat colore & magnitudine. V.

Nitens. 6. C. (le doré) apterus, elytris porcatis, ſtriis paſſim interruptis ſulciſque ſcabriuſculis inauratis. * *It. œl.* 96 *Scop. carn.* 262.

Raj. inſ. 96. *n.* 6. cerambyx dorſo in longas rugulas diviſo, omnium pulcherrimus.

Fab. 22.

De Geer, *t.* 4. *p.* 91.

Schæff. icon. t. 51. *f.* 1. bene.

Sulz. inſ. t. 7. *f.* 3.

Hab. in Europæ ſylvis. In Gallia Auſt. rarior præcedenti. V.

Deſc. Totus viridis eſt, parum ad cæruleum vergens. *Elytra* ſulcis tribus latis, obtuſis, longitudinalibus, abſque ullis interjectis punctis; ſulci, ſ. canales elytrorum viridiſſime e ſericeo virent, ſed convexitates magis obſcuræ ſunt, non tamen nigræ, ſed potius magis cæruleæ. *Pedes* & *antennæ* in aliis ferruginea ſ. teſtacea; totum corpus viridi-nitens. *Faun.* 785.

Obſ. 1. In meis ſpeciminibus thorax aureo fulgidus. V.

Obſ. Cave ne confundas carabum *n°*. 2. *Entom. pariſ.* cum carabo nitenti *Linn.* Ille carabus eſt auratus *Syſt. nat.* nomen *Entom. pariſ.* emendandum. V.

Auratus. 7. C. (le doré) apterus, elytris porcatis, ſtriis ſulciſque lævibus inauratis. *

De Geer, carab. exot. tom. 4. *p.* 104. *t.* 17. *f.* 20.

Entom. pariſ. nitens 2.

Enum. 391.

Fab. 15.

Schæff. icon. t. 202. *f.* 5.

Bergſtr. Nomencl. 1. *t.* 12. *f.* 8. 9.

Faun. Fridr. 200.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 355.

Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Similis carab. nitenti, ſed major; colore itidem aurato ſupra. *Elytra* porcata porcis non interruptis, nec nigris, ſed lævibus, ſulcis etiam lævibus nec punctato ſcabridis. *Faun.* 786.

Obſ. Variat capite thoraceque violaceis. V.

Violaceus. 8. C. (le violet) alatus, elytris læviuſculis nigris margine aureo, thorace ſubviolaceo. *

Friſch. inſ. 13. *t.* 23. ſcarabæus terreſtris nigricans.

Raj. inſ. 96. *n.* 1. ſcarabæus major, corpore oblongo, e purpura nigricans.

Fab. 3.

De Geer, t. 4. *p.* 89.

Schæff. icon. t. 88. *f.* 1.

Hab. in Europæ ſylvis. In Gallia Auſt. V.

Deſc. Margo thoracis & elytrorum viola purpuraſcente cæruleus. *Elytra* & punctis & ſtriis carent, ſolæ rugæ longitudinales & tranſverſales, ſed

lente visus puncta minutissima nudis oculis non conspicua. *Faun.* 787.

Obs. Omnes fere entomologici carabum azureum *D. Geoff.* citaverunt, & mirum ; nam elytra in hoc carab. striatissima sunt. *D. de Geer*, cujus descr. bona, erravit in citatione. Omnes igitur carabi, quorum elytra sunt striata, licet violacei, ad hanc speciem *Linn.* non sunt referendi. V.

Cephalotes. 9. C. (la tête large) apterus, elytris atris lævibus, thorace exserto oblongo. *

Frisch. inf. 13. *p.* 25. *t.* 22. scarabæus.
Fab. 27.
Faun. Fridr. 201.
Sulz. inf. t. 7. *f.* 4.
Schæff. icon. t. 17. *f.* 1.
Enum. 305.
Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.

Desc. Corpus majoris magnitudinis, atrum, læve. *Thorax* obovatus, lævis, marginatus, postice rotundatus. *Elytra* non striata. *Faun.* 788.

Obs. Mea specimina alata ut *in enumeratione Insect. Austriæ;* insuper, clar. *Fab.* pro synonymis teneb. gibbum *Linn.* & *de Geer*, sed non rite ; nam in carab. cephal. tarsorum posteriorum articulis quinque ; in teneb. gibbo quatuor. V.

Inquisitor. 10. C. (l'inquisiteur) elytris striatis viridiæneis : punctis triplici ordine. *

Roland. act. Stockh. 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 3. carabus alatus viridi-æneus, concave punctatis striatisque, pedibus antennisque nigris.
De Geer, tom. 4. *p.* 94.
Entom. paris. antiquus 6.

Fab. 23.
Bergstr. Nomencl. 1. *tab.* 12. *f.* 3.
Enum. 394.
Faun. Fridr. 20.
Hab. in Europæ Galliæque arboribus, larvis papilionum phalænarumque victitans.
Desc. Corpus simillimum sequenti, sed dimidio minus, supra viridi-aureum, subtus fusco-virescens. *Thorax* brevissimus. *Elytra* aurata margine viridi, subtilissime striata & triplici ordine punctorum obscurissimorum notata. *Faun.* 789.

Sycophanta. 11. C. (le sycophante) aureo-nitens, thorace cæruleo, elytris aureo-viridibus striatis, abdomine subatro. *Mus. Lud. Ulr.* 95. *
Reaum. ins. 2. *t.* 37. *f.* 18.
Rob. icon. t. 20. *f.* 2.
Pod. ins. 46. carabus alatus, thorace violaceo, elytris aureo-viridibus, striis 15 crenatis, subtus violaceus.
Geoff. ins. 144. *n.* 5.
De Geer, carab. exot. 2. *tom.* 4. *p.* 109. *t.* 17. *f.* 19.
Fab. 25.
Sulz. ins. t. 7. *f.* 1.
Bergstr. Nomencl. 1. *t.* 12. *f.* 1. 2.
Schæff. elem. t. 2. *f.* 1.
— *icon.* 66. *f.* 6?
Hab. in Europa Galliaque, noctu devastans larvas lepidopterorum. Larva similiter erucis infesta.
Desc. Maximus Europæus & *corpus* majus quam in ulla alia specie nostratum. *Caput* & *antennæ* nigra. *Pedes* nigri. *Thorax* cæruleo-æneus; margines thoracis elytrorumque aurei.

Elytra æneo-aurea, ſtriis 15 crenatis. *Subtus* ater, parum vireſcens. *Faun.* 790.

Intricatus. 12. C. (l'embrouillé) violaceo-niger, elytris intricatis, elevato-ſtriatis punctatiſque.

Fab. 4.

Hab. in Suecia & Germania. In Gallia Auſt. V.

Deſc. Elytrorum ſtriæ & puncta elevata, ita inter ſe connexa, ut vix diſtincte diſcerni queant. Diſtinguitur a carab. coriario, quod nulla ſint in coriario ſigna ſtriarum. *Faun.* 780.

Obſ. 1. Errore citatus eſt carab. violaceus in ſpecieb. *D. F.* pro carab. intricato.

Obſ. 2. Hic carab. intricatus non eſt carab. purpuraſcens *Entom. pariſ.* Hic denſe ſtriatus, ille non. Clar. *Scop.* hunc carab. non vidit. Variat. In montibus Galliæ Auſtralis egregia varietas aurato-fulgida, lecta ſub cortice fagi. V. *t.* 2. *f.* 45.

Carab. Majores D. Fab.

Convexus. 13. C. (le convexe) apterus, ater, lævis, thorace poſtice emarginato.

Hab. in Germaniæ ſylvis. In Gallia, prope Lugdunum. V.

Ex Entom. Scop.

Catenulatus. 14. C. (l'enchaîné) elytris porcatis, ſtriis tribus punctorum elevatorum quibus interjacent tres aliæ ſtriæ elevatæ, ſcabriuſculæ.

Enum. 390.

2. Thrips *faſciata*, elytris albis nigriſque faſciatis, corpore fuſco. *Linn.*

3. Thrips *leucanthemi*, nigra, alis albis, tibiis anticis compreſſis dilatatis albis. *Scop.*

4. Thrips *ranunculi*, nigra, alis albidis, ſegmentis abdominalibus margine rufis. *Scop.*

5. Thrips *melanopa*, flava, oculis nigris. *Noſ.*

6. Thrips *flava*, flava, oculis rubris nitentibus *Noſ.*

7. Thrips *minutiſſima*, elytris corporeque glauco, oculis fuſcis. *Linn.* Nomen Linnæanum hic retinere placuit, fortaſſe aliud ab eo indicans inſectum ab eo, quod nos ſupra ſub eodem nomine triviali enumeravimus.

8. Thrips *juniperina*, elytris niveis, corpore fuſco. *Linn.*

9. Thrips *paradoxa*, antennis pectinatis, fiſſilibus, alæformibus. *Linn.*

10. Thrips *ulmi*, nigra, alis niveis ciliatis, ano acuminato. *D. de Geer, ENUM.*

Finis Tomi I.

ANALYTICA COMPARATAQUE D. D.

LINNÆI, DE GEERII, GEOFFROYI, FABRICII ENTOMOLOGIARUM SYNOPSIS.

D. Linnæi.

SCARABÆUS.

Antennæ clava fiffili.
Tibiæ anticæ fæpius dentatæ.
Ordo 1 *Thorace* cornuto.
2. . . . Inermi, capite cornuto.
3 Mutici capite, & Thorace inermi.

D. De Geeri.

SCARABÆUS.

Antennæ clavatæ capitulo fiffili.
Tibiæ dentatæ vel fpinofæ.
Ordo 1 *Terreftris* ore maxillofo, abdomine thorace breviore.
2 *Arborei* ore maxillofo, abdomine thorace longiore.
3 *Florales* ore edentulo.

Obf. Tefte D. de Geero, ordines fcarabæorum *fyft. nat.* aliquoties ambagiofi : 1°. maris caput fæpe cornutum eft, fœminæ inerme : 2°. cum capitis tuberculus breviffimus eft, an ad armatos, an ad inermes referendi ? 3°. nonnulli adeo fimiles ut fola cornuum vel tuberculorum præfentia abfentiave differant. Caracteres methodicos raros peremptorios effe fateor ; fed fi tres ordines celeb. Linnæi, more D. Fabricii, duplicarentur, omne dubium fere evanefceret. V.

D. Geoffroyi.	*D. Fabricii.*
SCARABÆUS.	**SCARABÆUS.**
Antennæ clavalæ, clava lamellata *Scutellum* inter elytrorum origines. Ordo 1 Antennarum lamellis ſeptem. 2 . . . . Lamellis tribus.	*Palpi* quatuor filiformes. *Labium* emarginatum, apicibus elongatis, palpigeris. Ordines Linnæani in ſex diviſi, ratione ſcutelli aut non ſcutelli.
COPRIS.	**TROX.**
Antennæ clavatæ. *Scutellum* inter elytrorum origines nullum.	*Palpi* quatuor capitati. *Maxilla* bifida. *Antennæ* lamellatæ.

Obſ. 1. Scutellum præſens aut non præſens ſpecierum varietates & non generum caracteres præbet ſolusque *D. Geoffroyus* copris genus admiſit. V.

Obſ. 2. An hæc nova D. Fabricii genera neceſſaria? Saltem, melolonthæ nomen a *D. Geoff.* certis chryſomelis antea applicatum fuiſſet.

D. Linnæi.

LUCANUS.

Antennæ clavatæ, clava compreſſa, latere latiore pectinato-fiſſili.
Maxillæ porrectæ, exſertæ, dentatæ.

DERMESTES.

Antennæ clavatæ, capitulo perfoliato, articulis tribus craſſioribus.
Thorax convexus, vix marginatus.
Caput ſub thorace inflexum condens.

D. Geeri.

LUCANUS.

Antennæ clavatæ, altero latere capitulo pectinato-fiſſili.
Maxillæ porrectæ à labiis non occultatæ.
Lingua hirſuta.
Tibiæ dentatæ vel ſpinoſæ.

DERMESTES.

Antennæ clavatæ, clava artticulis tribus, perfoliata vel truncata.
Elytra non marginata.
Tibiæ inermes.

D. Geoffroyi.	*D. Fabricii.*
	MELOLONTHA.
	Maxilla brevis, cornea, apice multidentata. *Antennæ* lamellatæ.
	TRICHIUS.
	Palpi quatuor filiformes. *Maxilla* bifida. *Antennæ* lamellatæ.
	CETONIA.
	Maxilla apice ſetoſa. *Labium* coriaceum, emarginatum, palpos tegens. *Antennæ* lamellatæ.
PLATYCERUS.	LUCANUS.
Antennæ in extremo uno verſu pectinatæ. Ordo 1 *Antennis* fractis 2 . . . . integris.	*Penicelli* duo ſub labio palpigeri. *Antennæ* pectinato-fiſſiles.

Obſ. In hoc ultimo ordine ſolum inſectum quod *ſyſt.* *tenebrio caraboides* eſt. V.

DERMESTES.	DERMESTES.
Antennæ clavatæ, perſoliatæ, ultimo articulo ſolido, gibboſo. *Elytra* non marginata. *Obſ.* Non omnes.	*Palpi* inæquales, filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, obtuſum, integrum. *Antennæ*, clava perfoliata.
BOSTRICHUS.	BOSTRICHUS.
Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus compoſita, capiti inſidentes.	*Maxilla* cornea. *Labium* cylindricum, integrum, apice palpigerum.

D. Linnæi. | *D. de Geeri.*

I P S.

Antennæ fractæ, clavato-capitatæ.
Caput globosum, parum deflexum.
Thorax magnus, cylindricus, gibbus.
Abdomen cylindricum.
Tibiæ dentatæ.

Obs. 1. Ipsidis genus incertum, nam in entomologia *D. Fab.* sub eodem nomine reperiuntur certæ silphæ: inde oritur aliqua confusio quæ, mutato nomine, fugeret. V.

Obs. 2. E dermestibus plurima genera eruerunt entomologi. Sed *si nominum genericorum mutatio semper ansam confusionis præbet*, ut optime animadvertit *Clariss. Fab.* cur byrrhi nomine certis insectis jam applicato, quosdam dermestes ipse designaverit? Cur *D. Geoffroyus*, in entomologia optime meritus, histeros *Linn.* attelabos appellaverit, ignoro? Nam *caracter Generis semper idem, ergo & nomen. fund. entom. paragr.* 12, *pag.* 105. Et *D. Fab.* rejecit novas denominationes, peltis, cucuji, platyceri, forficinæ, buprestis *D. Geoff.*, his generibus jam designatis sub nominibus *silphæ*, *buprestis*, *lucani*, *lepismæ* & *carabi.* Non feliciora *D. Scopoli* genera asili qui empis *Linnæi*, eracis qui asilus, empis qui conops *systematis*. Junior entomologus hac inutili nomenclatura fatigatus, ad cognitionem insectorum tardius incedit & in inquisitione tempus pretiosum edit quod ad confirmanda genera, ad determinandas novas vel antiquas species melius consumeretur. Ipsa nostra experientia moniti, de his mutationibus scientiæ inutilibus, etiam forte noxiis, an perperam querimur? V.

D. Geoffroyi.

Roſtrum nullum.
Thorax cubicus, *caput* intra ſe recondens.
Tarſi nudi, ſpinoſi.

D. Fabricii.

Antennæ, clava ſolida.

CLERUS.

Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus compoſita, capiti inſidentes.
Roſtrum nullum.
Thorax ſubcylindraceus, non marginatus.
Tarſi ſpongioſi.

APATE.

Palpi filiformes æquales.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum, truncatum.
Antennæ perfoliatæ.

Obſ. Non ſunt omnes. Dermeſtes, *ſyſt.*

SCOLYTUS.

Antennæ clavatæ, clava ſolida.
Roſtrum nullum.

MELYRIS.

Non vidi.

ANTHRIBUS.

Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus compoſita, capiti inſidentes.
Roſtrum nullum.
Thorax latus, marginatus.
Tarſi ſpongioſi.

Obſ. *Alii* dermeſtes, alii ſilphæ *ſyſtematis* ſunt. V.

BYRRUS.

Palpi inæquales, ſubclavati.
Maxilla bifida.
Labium bifidum.
Antennæ moniliformes extrorſum craſſiores.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
PTINUS.	PTINUS.
Antennæ filiformes, articulis ultimis majoribus.	*Antennæ* filiformes.
Thorax ſubrotundus, immarginatus, caput recipiens.	*Thorax* gibbus, angulis binis ſubſterno continuatis, caput excipiens.
	Corpus cylindricum, ſubtus convexum.

Obſ. Licet hæc inſecta dermeſtibus proximata ſint, ſedulo tamen examinata, genus proprium formant; præſertim caracteribus *DD. Linnæi*, *de Geeri* unitis. V.

HISTER.	HISTER.
Antennæ capitatæ, capitulo ſolidiuſculo, infimo articulo compreſſo, decurvato.	*Antennæ* fractæ, clava ovali, articulis compactis.
Caput intra corpus retractile.	*Caput* thoraci intruſum.
Os forcipatum.	*Maxillæ* plerumque porrectæ, forcipatæ.
Elytra corpore breviora.	*Tibiæ* latæ, compreſſæ, ſpinuloſæ.
Tibiæ anticæ dentatæ.	

GYRINUS.	GYRINUS.
Antennæ clavatæ, rigidæ, capite breviores.	*Antennæ* craſſæ, rigidæ, capite breviores.

D. *Geoffroyi.*

BYRRHUS.

Antennæ, articulis tribus ultimis longiſſimis, ſemiclavatæ.

D. *Fabricii.*

ANOBIUM.

Palpi clavati.
Maxilla obtuſe dentata.
Labium integrum.
Antennæ filiformes.

PTINUS.

Palpi filiformes.
Maxilla bifida.
Labium bifidum.
Antennæ filiformes.

Obſ. His caracteribus forte Byrrhi *D. Geoffroyi* non ſatis ſunt determinati; & eo magis mirum eſt, quod primus hoc genus a dermeſtibus optime ſeparavit. V.

ATTELABUS.

Antennæ clavatæ, clava integra, in medio fracta.
Caput intra thoracem.

HISTER.

Maxilla unidentata.
Labium corneum, cylindricum, integrum.
Antennæ clavatæ.

Obſ. 1. Quid ſentiendum ſit de hujus generis nominis mutatione, jam diximus. V.

Obſ. 2. Nullam ſpeciem ex hoc genere eripuit *D. Fabricius*, quod rariſſimum eſt. V.

GYRINUS.

Antennæ rigidæ, capite breviores.

GYRINUS.

Palpi filiformes.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
Oculi IV, duobus ſupra, duobus infra.	*Oculi* IV. *Pedes* poſteriores 4 natatorii.

Obſ. Amphibia ut dytiſci larvarum hiſtoria a *D. Modeer* in actis acad. regiæ Sueciæ anno 1770, p. 324, depoſita. V.

BYRRHUS.	DERMESTES.
Antennæ clavatæ, ſubſolidæ, ſubcompreſſæ.	*Sub* hoc genere *D. de Geerus* Byrrhos *ſyſt.* incluſit.

Obſ. Byrrus pilula eſt *ciſtelæ* genus *D. Geoff.* ſed ſub eodem genere a *D. Fab.* ſervatus. V.

SILPHA.	SILPHA.
Antennæ extrorſum craſſiores. *Elytra* marginata. *Caput* prominens.	*Antennæ* extrorſum craſſiores plerumque truncatæ vel perfoliatæ. *Thorax* planiuſculus, marginatus, caput non tegens. *Elytra* marginata, replicata.

D. Geoffroyi.

D. Geoffroyi.

GYRINUS.

Pedes natatorii.
Oculi quatuor.

D. Fabricii.

GYRINUS.

Maxilla cornea unidentata.
Labium emarginatum.
Antennæ cylindricæ.

Obſ. Hoc genus primus optime diſtinxit *D. Geoff.* In editionibus ſyſtematis præcedentibus inter dytiſcos enumeratum fuerat.

ANTHRENUS.

Antennæ clavatæ, integræ; clava ſolida, compreſſa.

CISTELA.

Antennæ extrorſum craſſiores, nonnihil perfoliatæ.

BYRRHUS.

Palpi æquales, ſubclavati.
Maxilla bifida.
Labium bifidum.
Antennæ moniliformes, extrorſum craſſiores.

ANTHRENUS.

Palpi inæquales, filiformes.
Maxilla membranacea, linearis, bifida.
Labium corneum, integrum.
Antennæ clava ſolida.

PELTIS.

Antennæ extrorſum craſſiores, nonnihil perfoliatæ.
Thorax & *Elytra* marginata.

SILPHA.

Maxilla unidentata.
Labium dilatatum, bifidum.
Antennæ perfoliatæ.

Obs. Silphæ *D. Linn.* a *D. Fabr.* in sex genera divisæ fuerunt, coacto sane methodo ex instrumentis cibariis præcipue sumta. Sed placebit hunc præstantissimum Entomologum audire. « Instrumenta cibaria continent partes ad distinctionem generum *detectorum & unquam detegendorum* sufficientes. Invenimus enim,
» 1°. Palpos duos, quatuor, sex eorumque articulos. *Lin.*
» 2°. Clypei discum, limbum. *Fab.*
» 3°. Mandibulas transversales earumque dentes apicesque. *Fab.*
» 4°. Maxillas transversales earumque dentes, lacinias. *Fab.*
» 5°. Galeam. *Fab.*
» 6°. Labii numerum, divisionem, discum, limbum.
» 7°. Linguam spiralem convolutam. *Lin.*
» 8°. Rostri vaginam ejusque articulos. *Lin.*
» 9°. Rostri setas. *Lin.*
» 10°. Haustelli vaginam ejusque valvulas. *Fab.*
» 11°. Haustelli setas. *Fab.*
» 12°. Proboscidis stipitem. *Fab.*
» 13°. Proboscidis capitulum bilabiatum.
» Omnes hæc partes numero, figura, proportione, situ, » differunt & caracterum generes constantes præbent » omnino sufficientes. *Mantiss. Prolegom.* V. »

D. *Fabricii.*

NICROPHORUS.

Labium cordatum, emarginatum, crenatum.
Antennæ perfoliatæ.

Obs. 1. Silpha Germanica silphaque vespillo solæ in genere Nicrophori. V.

NITIDULA.

Palpi filiformes.
Maxilla cylindrica, membranacea.
Labium cylindricum.
Antennæ clava solida.

Obs. 2. Dermestes Psylius sub genere Nitidulæ. V.

OPATRUM.

Palpi anteriores clavati; clava oblique truncata, posteriores filiformes.
Labium subemarginatum.
Antennæ moniliformes; extrorsum crassiores.

Obs. 3. Silpha sabulosa ad Opatrum attinet. V.

ELOPHORUS.

Maxilla cornea, apice membranacea.
Labium corneum, quadratum.
Antennæ clava solida.

Obs. 4. Silpha aquatica *syst.* sub Elophori genere. V.

SPHÆRIDIUM.

Palpi quatuor filiformes.
Labium quadratum, emarginatum.
Antennæ perfoliatæ.

Obs. 5. Dermestes scarabæoides inter sphæridia. V.

TRITOMA.

An silpha?

Ex inſtrumentis cibariis natæ ſunt claſſes octo.

Os maxillis palpiſque quatuor aut ſex.

1

ELEUTERATA.

Maxilla nuda, libera. Hæc claſſis coleoptera *Linn.* amplectitur, forficulis exceptis. V.

2

ULONATA.

Maxilla, tecta, galea obtuſa. Hic forficulæ, inſectaque hemiptera reperiuntur uſque ad locuſtas incluſive. V.

3

SYNISLATA.

Maxilla connata cum labio. In hac claſſe quære monoculos, oniſcos, lepiſmas, poduras, phryganeas, ephemeras, hemerobios, termes, myrmileona, panorpas, raphidias, cynipedes, tenthredines, ſireges, ichneumones, ſpheges, veſpas, apes, formicas, mutillas. Turba ſane ſtupenda, inſolita, ſed inſtrumentis cibariis approximata. V.

4

AGONATA.

Maxilla inferiore nulla. Cancri.

Os maxillis palpiſque duobus.

5

UNOGATA.

Maxilla inferiore ſæpius unguiculata. *Libellulæ* cum julis, ſcolopendris quibuſdam, acaris, araneis, phalangiis ſcorpionibuſque in hac claſſe junguntur. V.

6

GLOSSATA.

Os palpis linguaque ſpirali. In hac claſſe *lepidoptera* omnia includuntur. V.

7

RYNGOTA.

Os roſtro, vagina articulata. Hæc ſeptima claſſis omnia *hemiptera Linn.* exceptis blattis, mantibus, gryllis, continet. V.

8

ANTLIATA.

Os Hauſtello, vagina inarticulata. Diptera *Linnæi* cum pediculis acariſque.

Studendum eſt hoc arduum ſyſtema, ut labor *D. Fabricii* digne judicetur. Revera difficile & non omnibus apertum eſt. V.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
CASSIDA.	CASSIDA.
Antennæ subfiliformes, extrorsum crassiores. *Elytra* marginata. *Caput* sub thoracis clypeo plano reconditum.	*Antennæ* clavato-incrassatæ. *Caput* sub clypeo marginato occultatum. *Elytra* marginata, abdomine majora.
COCCINELLA.	COCCINELLA.
Antennæ subclavatæ, truncatæ. *Palpi* clava subcordata. *Corpus* hemisphæricum. *Thorace* elytrisque marginatis, abdomine plano. Ordo 1 Coleoptris rubris flavisve punctis nigris maculatis. 2 .... rubris flavisve albo maculatis. 3 ... nigris, rubro maculatis. 4 ... nigris, albo flavove maculatis.	*Antennæ* clavatæ, clava compressa, truncata. *Palpi* clava triangula. *Corpus* hemisphæricum, subtus planum. *Thorax* & *elytra* marginata. Ordo 1 elytris rubris vel flavis, maculis nigris. 2 ... rubris vel flavis, maculis albis. 3 ... nigris, albo-flavo vel rubro maculatis.
CHRYSOMELA.	CHRYSOMELA.
Antennæ moniliformes, extrorsum crassiores. *Thorax* nec elytra, marginatus. Ordo 1 *Corpore* ovato. 2 *Saltatoriæ* femoribus posticis crassissimis.	*Antennæ* moniliformes, extrorsum crassiores, corpore breviores. *Thoracis* latera marginata. *Abdomen* ovale, plus minusve elongatum. Ordo 1 cordore ovali, thorace largo.

D. Geoffroyi. | *D. Fabricii.*

CASSIDA.

Antennæ extrorſum craſſiores, nodoſæ.
Thorax & *elytra* marginata.
Caput thorace tectum.

CASSIDA.

Palpi anteriores clavati, poſteriores filiformes.
Labium elongatum, integrum.
Antennæ moniliformes.

COCCINELLA.

Antennæ extrorſum craſſiores, nodoſæ, antennulis breviores.
Corpus hemiſphæricum.

COCCINELLA.

Palpi anteriores ſecuriformes, poſteriores filiformes.
Labium cylindricum.
Antennæ clava ſolida.

Obſ. 1. Licet hi duo Entomologi ſubdiviſiones non indicaverint, tumultuoſe tamen hoc genus non ordinarunt. V.

Obſ. 2. Coccinellarum larvæ frequentius obviæ, facile educantur metamorphoſinque in vaſis ſubeunt. V.

CHRYSOMELA.

Antennæ a baſi ad apicem creſſentes, articulis globoſis.
Thorax æqualis, marginatus.

CHRYSOMELA.

Palpi ſex extrorſum craſſiores.
Labium corneum, integrum.
Antennæ moniliformes.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
3 *Corpore* cylindrico.	2 Corpore cylindrico, thorace gibbo caput excipiente.
4 ...... Oblongo, thorace angustiore.	3 ...... Elongato, thorace angusto, subcylindrico.
5 Elongatæ.	4 Saltatoriæ, femoribus posticis incrassatis.
	Tarsi omnes articulis 4.

Obs. Genera *D. Fab.* suæ methodi corollaria sunt; sed *D. Geoff.* hoc genus e tarsium systemate non derivatur. Nam omnium chrysomelarum tarsi articulis quatuor. Inde ordines *Linnæi* Paullo mutavit *D. de Geerus*, nec nova creavit genera, sed omnes, ut unicum Genus, ordinavit. V.

D. Geoffroyi.

ALTICA.

Antennæ ubique æquales.
Femora poſtica craſſa, ſubgloboſa.

CHRYPTOCEPHALUS.

Antennæ filiformes, articulis longis.
Thorax gibbus, hemiſphæricus.

CRIOCERIS.

Antennæ cylindraceæ, articulis globoſis.
Thorax cylindricus.
Obſ. Omnes crioceres non ſunt *ſyſt. nat.* chryſomelæ.

MELOLONTHA.

Antennæ ſerratæ, ante oculos poſitæ.

GALERUCA.

Antennæ ubique æquales, articulis ſubgloboſis.
Thorax inæqualis, ſcaber, marginatus.

D. Fabricii.

ALTICA.

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla cylindrica, bifida, laciniis linearibus.
Antennæ moniliformes.

CHRYPTOCEPHALUS.

Palpi filiformes.
Maxilla unidentata.
Labium corneum, integrum.
Antennæ filiformes.

CRIOCERIS.

Palpi filiformes.
Maxilla bifida.
Labium corneum, integrum.
Antennæ filiformes.

CISTELA.

Palpi filiformes.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum, bifidum.
Antennæ filiformes.

Obſ. An tritoma anaſpiſque *D. Geoff.* ad hoc genus adhuc pertinent? Dubium naſcitur ex variatione *D. Fab.* qui in ſua entomologia tritomam *Geoff.* cum ſilpha 2 puſtulata collocaverat & dein in ſpeciebus ſeparavit hoc genus in duo genera, (tritoma, ips), quorum ultimum pleraſque tritomas entomologiæ continet. *Anaſpis* itidem incerta eſt; nam thorax immarginatus a chryſomelis amovet. V.

D. Linnæus. | *D. de Geer.*

HISPA. (D. Linnæus)

Antennæ fusiformes, basi approximatæ, inter oculos sitæ.
Thorax elytraque aculeata sæpius.

HISPA. (D. de Geer)

Obs. Solam hispam muticam memoravit *D. de Geerus*, hancque inter tenebriones collocavit. V.

BRUCHUS. (D. Linnæus)

Antennæ filiformes, sensim crassiores.

BRUCHUS. (D. de Geer)

Antennæ sensim incrassatæ, articulo ultimo rotundato.
Caput productum in rostrum breve, depressum, apice rotundatum.
Oculi lunati.
Thorax marginatus.
Elytra abdomine breviora, apice rotundata.

D. Geoffroyi.

LUPERUS.

Antennæ filiformes, articulis longis

Thorax planus, marginatus.

DIAPERIS.

Antennæ taxiformes, articulis lentiformibus, per centrum perfoliatis.

Thorax convexus, marginatus.

CRIOCERIS.

Obs. Caracteres supra enunciati. Vid. crioceres, pag. 585. V.

MYLABRIS.

Antennæ sensim crassiores, articulis hemisphæricis, rostro brevi plano insidentes.

Antennulæ quatuor in extremo rostri.

D. Fabricii.

LAGRIA.

Palpi quatuor, anteriores securiformes, posteriores extrorsum crassiores.

Labium membranaceum, integrum.

Antennæ filiformes.

HISPA.

Palpi æquales, medio crassiores, fusiformes.

Maxilla bifida.

Labium corneum, integrum.

Antennæ cylindraceæ.

Obs. Quidam dermestes in hoc genere includuntur. V.

BRUCHUS.

Palpi æquales, filiformes.

Maxilla membranacea, bifida.

Labium acuminatum.

Antennæ filiformes.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
CURCULIO.	CURCULIO.
Antennæ ſubclavatæ, roſtro inſidentes. *Roſtrum* corneum prominens. Ordo 1 longiroſtres femoribus *ſimplicibus.* 2 . . . . *Saltatorii* femoribus poſticis *craſſis.* 3 . . . . Femoribus *dentatis.* 4 Breviroſtres femoribus *dentatis.* 5 . . . . Femoribus *muticis.*	*Antennæ* capitatæ in capitis roſtro elongato. Ordo 1 longiroſtres, *antennis* fractis, femoribus dentatis. 2 Breviroſtres, *antennis.* fractis, femoribus dentatis. 3 Longiroſtres *antennis* fractis, femoribus muticis. 4 Breviroſtres *antennis* fractis, femoribus muticis. 5 Longiroſtres *antennis* ſtrictis. 6 Breviroſtres *antennis* ſtrictis. 7 *Femoribus* poſticis craſſis, ſaltatoriis.
ATTELABUS.	CLERUS.
Caput poſtice attenuatum, inclinatum. *Antennæ* Apicem verſus craſſiores.	*Antennæ* moniliformes extus craſſiores. *Thorax* convexus, poſtice attenuatus. *Caput* declinatum. *Corpus* elongatum.

D. Geoffroyi.

CURCULIO.

Antennæ clavatæ, fractæ, roſtro corneo inſidentes.
Ordo 1 Femoribus inermibus.
2 Denticulatis.

RHINOMACER.

Antennæ, clavatæ, integræ, roſtro longo inſidentes.

D. Fabricii.

CURCULIO.

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla cylindrica unidentata.
Labium integrum.
Antennæ inſidentes roſtro corneo.
Obſ. Ordines Linnæani, ſed tranſpoſiti, id eſt ſecundus ſyſtematis tertius *D. Fabricii*, & viciſſim. Inſuper quartus *ſyſt.* quintus *D. Fab.* eſt. V.

Obſ. Genus rhinomaceri inutile, *teſte D. de Geero*; nam antennæ fere rectæ aut rectæ inſecta adeo ſimilia non rite ſeparant. V.

CLERUS.

Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus compoſita.
Roſtrum nullum.
Thorax ſubcylindraceus.
Tarſi ſpongioſi.

ATTELABUS.

Palpi filiformes.
Maxilla bifida.
Labium corneum, palpos tegens.
Antennæ moniliformes, inſidentes roſtro.

Obs. 1. Hujus generis nomen transposuit *D. de Geerus*, ad tenebrionem fossorem *Linnæi*; ergo sub eodem nomine in diversis entomologiis, histeres, tenebriones *Linnæi* & *D. Geoff.* attelabi reperiuntur. Insuper pars attelaborum sub nomine cleri, pars inter curculiones, pars inter cerambyces, pars sub genere colliurus inclusa; ergo hoc genus valde dilaniatum fuit. V.

Obs. 2. An hac opinionum diversitate infirmaretur Linæanum systema? Minime credo; sed tarsium methodo fulciens clar. *de Geerus*, a generibus systematis abscedere aliquoties fuit coactus. Sic in præsenti casu ex hoc genere, attelabum ceramboidem ejecit & inter cerambyces relegavit; sic fossorem tenebrionem sub suo genere attelabi collocavit: sed licet tarsium methodus ingeniosa & utilis sit, oculos nihilominus fatigat lentem fere continuo exigit, & insecta multum diversa jungit. Naturæ caracteribus deficientibus, notæ caracteristicæ faciliores conservandæ sunt. Præterea fastidium excitat hæc vacillatio, nec ad scientiæ progressum utilis. Genera systematis augenda, aliqua forte emendanda esse fateor, quod facere non ausus, exequentur alii doctiores eorumque opera, scientiæ naturali eo magis commodiora quod in clientelam Linnæi plantas & insecta audacius ferrent. V.

D. Geoffroyi.

RHINOMACER.

Antennæ clavatæ, integræ, roſtro longo inſidentes.

D. Fabrici.

CLERUS.

Palpi quatuor; anteriores filiformes, poſteriores longiores, ſecuriformes.
Antennæ moniliformes.

NOTOXUS.

Palpi quatuor ſecuriformes.
Maxilla unidentata.
Antennæ monilifomes.

SPONDYLIS.

Palpi ſubfiliformes.
Maxilla conica, craſſa.
Labium corneum, bifidum.
Antennæ moniliformes.

Obſ. Hoc genus *Geoff.* aliquos curculiones & attelabos *Linn.* comprehendit; ſed *D. Fabricius* novum inſectum hoc nomine deſignavit. Mutatio igitur minus ponderoſa. V.

D. Linnæi.

CERAMBYX.

Antennæ attenuatæ.
Thorax ſpinoſus aut gibbus.
Elytra linearia.
Ordo 1 Thorace ſpinis lateralibus.
2 . . . . . Marginato, dentibus lateralibus.
3 . . . . . Rotundato, ſpinis fixis lateralibus mucronato.
4 . . . . . Inermi cylyndrico.
5 . . . . . Inermi ſubrotundo ſeu globoſo depreſſo.

D. de Geeri.

CERAMBYX.

Antennæ ſetaceæ, articulis conicis.
Oculi lunulati circa baſin antennarum.
Ordo 1 *Thorax* planiuſculus, marginato-dentatus.
2 . . . . Subcylindricus, non marginatus, ſpinoſus.
3 . . . . Subcylindricus, non marginatus, inermis.
4 . . . . Orbicularis, planiuſculus, inermis.

Obſ. Stencori nomen a *D. Geoff.* adoptatum, ſuis lepturis melius eſſet accommodatum, quam novo generi, pleriſque lepturis *hiſt inſ. pariſ.* ad cerambyces *ſyſt.* pertinentibus. V.

D. Geoffroyi.

D. Geoffroyi.

CERAMBIX.

Antennæ a basi ad apicem decrescentes, in oculo positæ.
Thorax aculeatus.

D. Fabricii.

CERAMBYX.

Palpi filiformes.
Maxilla obtusa, unidentata.
Labium bifidum.
Antennæ setaceæ.

LAMIA.

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla cornea, bifida.
Labium corneum, bifidum.
Antennæ setaceæ.

PRIONUS.

Antennæ serratæ, in oculo positæ.

PRIONUS.

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla cylindra nigra.
Labium brevissimum, membranaceum.
Antennæ setaceæ.

Obs. Verus cerambyx est prionus & *antennæ* serratæ separationem a cerambycibus minime probant. Inter curculiones quidam pectinicornes & tamen curculiones, &c. V.

STENCORUS.

Antennæ a basi ad apicem decrescentes, ante oculos positæ.
Elytra apice angustiora.
Ordo 1 *Thorax* armatus spina vel tuberculo larerati.
2 . . . . Inermis.

STENCORUS.

Palpi quatuor anteriores filiformes, posteriores clavati.
Antennæ setaceæ.

CALOPUS.

Palpi quatuor anteriores clavati, posteriores filiformes.
Labium membranaceum, bifidum.
Antennæ filiformes.

Obs. 1. Cerambyces Linnæi in 8 genera a *D. Fabricio* divisi fuerunt. An facilius dignoscendi ? Dubito. *Linn.* notæ characteristicæ, cum nota hac specifica *oculis lunatis*, omnes incertitudines pellere nobis videntur. Mirum quod *D. Geoff.* qui hunc characterem primus animadvertit, genus prioni nihilominus adoptaverit, eo quod *antennæ* sint serratæ. Quot genera nova stabilienda, si hæc nota sufficeret! Nam ex ipsa clar. auctoris methodo, inter suos cerambyces & oculis lunatis & tarsorum articulis quatuor spongiosis ordinandus esset ; antennarum figura ad novum formandum genus insufficiens. Generibus novis *D. Fabricii* minime perturbamur : nova & insolita methodus mutationes necessario abstersit. Sed si *nomen genericum unius generis, nisi supervacaneum, in aliud transferri haud debet*, forsan necydalis *syst.* sub lepturarum vexillo & nonnullæ cantharides, sub necydalis nomine incedere debuissent. Dubia proponimus, solvet tempus ; sed dubitando vel hærendo, horum insignium Entomologorum gloriam obnubilare nec eos carpere non venit in mentem. Ars difficilis, vituperatio facilis. V.

Obs. 2. Larvæ cerambycum lepturarumque parum cognitæ, difficile educantur. In lignis & sub cortice antiquarum arborum transformantur. V.

Obs. 3. Inter nova genera *D. Fab.* quædam parum numerosa. Solus cerambyx *serraticornis* sub nomine *calopi*, cerambyx *inquisitor*, *cursor*, *noctis*, sub nomine *Rhagii*. V.

Obs. 4. Limites, cerambyces inter & lepturas *D. Linn.* oculis lunaribus neglectis, felix qui assignare solide poterit. V.

D. Fabricii.

RHAGIUM.

Palpi quatuor capitati.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum, bifidum.
Antennæ ſetaceæ.

SAPERDA.

Palpi filiformes.
Maxilla membranacea, bifida.
Labium cordatum, truncatum.
Antennæ ſetaceæ.

CALLIDIUM.

Palpi quatuor clavati.
Maxilla membranacea, bifida.
Labium bifidum, laciniis tenuiſſimis, acutis.
Antennæ ſetaceæ.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
LEPTURA.	LEPTURA.
Antennæ ſetaceæ. *Elytra* apicem verſus attenuata. *Thorax* teretiuſculus. Ordo 1 *Thorace* ovato ſ. antrorſum oblongiuſculo, anguſtiore. *Elytris* apice truncatis. 2 *Thorace* ſubgloboſo, nec antice attenuato. *Elytris* apice obtuſis nec truncatis.	*Antennæ* filiformes ante oculos. *Oculi* integri. *Thorax* elytris anguſtior, imprimis antice. *Elytra* faſtigiata. Ordo 1 *Thorace* ſpinoſo. 2 -- . . . . . Inermi.
NECYDALIS.	NECYDALIS.
Antennæ ſetaceæ. *Elytra* alis minora, breviora ſ. anguſtiora. *Cauda* ſimplex. Ordo 1 Elytris ala abdomineque brevioribus. 2 Elitris ſubulatis longitudine abdominis.	*Antennæ* filiformes. *Elytra* alis minora, breviora vel anguſtiora. *Oculi* lunati circa baſin antennarum. *Abdomen* elongatum. Ordo 1 Elytris dimidiatis. 2 . . . . . poſtice anguſtatis.
LAMPYRIS.	LAMPYRIS.
Antennæ filiformes. *Elytra* flexilia. *Thorax* planus, ſemiorbiculatus, caput ſubtus occultans cingenſque. *Abdominis* latera plicato-papilloſa. *Fœmina* aptera pleriſque.	*Antennæ* filiformes. Thorax planus, ſemiorbiculatus, margine caput occultans.

D. Geoffroyi.

LEPTURA.

Antennæ a basi ad apicem decrescentes, in oculo positæ.
Thorax inermis.
Ordo 1 *Thorace* cylindraceo.
2 . . . . globoso.
3 . . . . inæquali, scabro.

D. Fabricii.

LEPTURA.

Palpi filiformes.
Maxilla unidentata, apice setosa.
Labium membranaceum, bifidum.
Antennæ setaceæ.

DONACIA.

Palpi filiformes.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum.
Antennæ setaceæ.

NECYDALIS.

Antennæ filiformes.
Alæ nudæ.

Obs. 1. Hoc genus *D. Geoff.* aut mutandum, aut emendandum; nam insectum descriptum ad cantharides *syst.* pertinet, nam *cantharis minima Linnæi*. In entom. paris. error major, *necydalis major Linnæi* cum *cantharide minima* passus associat. V.

Obs. 2. Sub lepturarum genere *D. Fab.* inclusa est *syst.* necydalis. V.

D. Geoffroyi.

LAMPYRIS.

Antennæ filiformes.
Caput clypeo thoracis marginato tectum.
Abdominis latera plicato-papillosa.

D. Fabricii.

LAMPYRIS.

Palpi quatuor anteriores subclavati, posteriores securiformes.
Maxilla bifida.
Labium corneum.
Antennæ filiformes.

D. Linnæi.

Obf. Inter lampyres & chantarides, Pyrochroa. Novum genus, exemplo *D. Schrankii*, nam ad *Linnæana* genera relatio perdifficilis & hoc meliori jure, quod infectorum Auftriæ enumeratio, *Linnæi* legibus obtemperat.

D. de Geeri.

PYROCHROA.

Antennæ filiformes, longæ, fæpius pectinatæ.
Oculi lunati.
Thorax plerifque planus, non marginatus.

CANTHARIS.

Antennæ fetaceæ.
Thorax marginatus, capite brevior.
Elytra flexilia.
Abdominis latera plicato-papillofa.
Ordo 1 Thorace depreffo.
2 . . . . teretiufculo.

TELEPHORUS.

Antennæ filiformes.
Thorax planus, marginatus.
Caput exercitum.
Elytra flexilia.
Abdominis latera papillofa.
Tarfi omnes articulis 5.

Obf. Ab omnibus fere Entomologis nomen hujus generis mutatum fuit. In *D. Schæfferi* iconibus telephorus appellatur hancque denominationem elegit *D. de Geerus*; & confequenter cantharidis nomen, infectis a *D. Linn.* fub nomine *Meloes* indicatis, reftituit; fane ut *Meloe* veficatorius antiquum nomen confervaret; Sed parvi refert nomen officinale. Contra illuftriffimo viro plauditur cum afferit nomen *cicindelæ*, cantharidibus *Linnæi* a *D. Geoff.* non feliciter applicatum fuiffe; & vero *nomen genericum antiquum antiquo generi convenit. Fab.* Ex hoc evenit ut carabi & *cicindelæ Linn.* in bupreftes, bupreftes in cucujos, fine neceffitate, fed non fine incommodo & detrimento fcientiæ, mutata fuerint. V.

D. Geoffroyi.

PYROCHROA.

Antennæ uno verſu pecti-natæ.
Thorax inæqualis, ſcaber, non marginatus.

D. Fabricii.

PYROCHROA.

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla integra.
Labium corneum, lineare, integrum.
Antennæ filiformes.

Obſ. Certe genus *DD. Geoff.* & *Schrank.* unum & idem genus, ſed pirochroa *DD. de Geeri Fabriciique* forte differt. V.

CICINDELA.

Antennæ filiformes.
Thorax planus, marginatus.
Caput detectum.
Elytra flexilia.

MALACHIUS.

Palpi filiformes, articulo ultimo ſetaceo.
Maxilla unidentata.
Labium rotundatum, membranaceum.
Antennæ filiformes.

CANTHARIS.

Palpi ſecuriformes.
Maxilla bifida.
Labium integrum.
Antennæ filiformes.

LIMEXYLON.

Palpi extrorſum craſſiores.
Maxilla bifida.
Labium lineare, apice rotundatum.
Antennæ moniliformes.

CUCUJUS.

Hoc genus. Non vidi.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
ELATER.	ELATER.
Antennæ ſetaceæ. *Corpus* dorſo impoſitum exiliens mucrone pecto-ris e foramine abdominis reſiliente.	*Antennæ* filiformes, ſer-ratæ. *Corpus* elongatum, acu-minatum. *Thorax* poſtice mucroni-bus binis angulatis ter-minatus. Dorſo impoſito exſilit.
CICINDELA.	CICINDELA.
Antennæ ſetaceæ. *Maxillæ* prominentes, den-ticulatæ. *Oculi* prominuli. *Thorax* rotundato-margi-natus.	*Antennæ* filiformes. *Caput* magnum, thorace rotundato ſubmargina-to, latius. *Oculi* magni, nitidi. *Dentes* magni, porrecti, in-tus ſerrati. *Appendix* femorum poſtico-rum major.

Obſ. Appendix femorum fulcitus, cicindelas & carabos *Linnæi* calamitoſe confudit *D. Geoff.* ſed exemplum epidemicum non fuit. V.

D. Geoffroyi.

ELATER.

Antennæ ſerratæ vel filiformes, intra capitis cavitatem ſubtus receptæ.
Thorax ſubtus aculeo intra cavitatem abdominis recepto.

D. Fabricii.

ELATER.

Palpi ſubfiliformes.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum, late emarginatum.
Antennæ filiformes.

Obſ. Saltare aut non ſaltare elateribus eſſentiale eſſetne ? Minime puto. Nam curculiones, chryſomelæ ſaltant aut non ſaltant. Inter cicadas cimiceſque, quædam ſpecies ſaltant : ergo omaliſus *D. Geoff.* verus elater eſt. V.

BUPRESTIS.

Antennæ filiformes.
Trochanter magnus ſeu appendix ad baſin femorum poſteriorum.
Ordo 2 *Thorace* capite elytriſque anguſtior.

Obſ. Licet bupreſtes *D. Geoff.* in 3 ordines diviſæ ſint, tamen cicindelæ *ſyſt.* in ſolo ſecundo ordine repeɾiuntur, & in primo tertioque carabi. V.

CICINDELA.

Palpi ſex filiformes, poſtici piloſi.
Labium corneum, tridentatum.
Antennæ ſetaceæ.

ELAPHRUS.

Palpi ſex filiformes.
Labium rotundatum, acuminatum, integrum.
Antennæ ſetaceæ.

D. Linnæis.

BUPRESTIS.

Antennæ ſetaceæ, longitudine thoracis.
Caput dimidium intra thoracem retractum.
Ordo 1 *Elytris* faſtigiatis.
2 . . . . . verſus apicem ſerratis.
3 . . . . . . integris.

D. de Geeri.

BUPRESTIS.

Antennæ ſerratæ longitudine thoracis.
Capitis dimidium thoraci intruſum.
Corpus elongatum. Non ſalit.
Ordo 1 *Elytra* ſerrata.
2 . . . . Integra.

DYTISCUS.

Antennæ ſetaceæ aut clavato-perfoliatæ.
Pedes poſtici villoſi, natatorii, ſubmutici.
Ordo 1 *Antennis* perfoliatis.
2 *Antennis* ſetaceis.

HYDROPHILUS.

Antennæ clava perfoliata, longitudine capitis.
Pedes poſteriores 4 natatorii ciliis fimbriati. Hic eſt *Linnæi* dytiſcus ordine primo. V.

DYTISCUS.

Antennæ moniliformes, capite palpiſque longiores, articulis ſubconicis.
Pedes poſteriores 4 natatorii, ciliis fimbriati.
Hic eſt dytiſcus *ſyſt.* ord. 2. V.

Obſ. 1. An hydrophili a dytiſcis ſatis diſtincti ut genera conſtituant, ſaltem apud Entomologos qui inſtrumenta cibaria neglexerunt? Nam larvis, corporis ſtructura, moribus pedibuſque natatoriis valde affines. V.

Obſ. 2. Horum inſectorum pedes non ſubmutici, ſed unguibus armati, uti bene obſervavit *D. de Geerus*.

D. Geoffroyi.	*D. Fabricii.*
CUCUJUS.	
Antennæ ferratæ breves. *Thorax* fubtus nudus.	*Palpi* filiformes, articulo ultimo truncato, obtufo. *Maxilla* unidentata, obtufa. *Labium* cylindricum, acuminatum. *Antennæ* filiformes ferratæ.

Obf. Sub eodem nomine genus diverfum in *D. Fabricii* entomologia reperitur. Hinc oritur obfcuritas; nam eadem nomina iifdem infectis confervanda funt. V.

HYDROPHILUS.	HYDROPHILUS.
Antennæ clavatæ, perfoliatæ, antennulis breviores. *Pedes* natatorii.	*Palpi* filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* corneum, fubemarginatum. *Antennæ* clava perfoliata.
DYTISCUS.	
Antennæ filiformes, capite longiores. *Pedes* natatorii.	*Palpi* fex filiformes. *Labium* corneum, truncatum, integrum. *Antennæ* fetaceæ.

D. Linnæi.

CARABUS.

Antennæ setaceæ.
Thorax obcordatus, apice truncatus, marginatus.
Elytra marginata.
Ordo 1 majores.
2 minores.

D. de Geeri.

CARABUS.

Antennæ filiformes, articulis subconicis.
Thorax utrinque truncatus, lateribus marginatus, medio convexus.
Abdomen ovale, convexum.
Elytra marginata.
Appendix femorum posticorum.
Ordo 1 *Apteri*, alis nullis sub elytris.
2 Alati.

Obs. Genus numerosum est, & ordines a magnitudine sumti sæpe juniorem Entomologum intricant. Species *syst.* consulendo, inter majores carabos collocasse videtur *Linnæus* eos quorum magnitudo 6 vel 7 lineas superat; nam carabus latus, spinipes, cupreus vix hanc longitudinem æquant. V.

D. Linnæi.

TENEBRIO.

Antennæ moniliformes: articulo ultimo subrotundo.
Thorax plano-convexus, marginatus.
Caput exsertum.
Elytra rigidiuscula.
Ordo 1 Alati.
2 Apteri.

D. de Geeri.

TENEBRIO.

Antennæ filiformes extrorsum crassiores.
Thorax convexiusculus, marginatus.
Ordo 1 Apteri.
2 Alati.
Tarsi omnes art. 4.

D. Geoffroyi.	*D. Fabricii.*
BUPRESTIS.	CARABUS.
Ordo 1 *Thorace* cordato, capite latiore, elytris anguſtiore. 3 . . . . . capite latiore, elytrorum latitudine.	*Palpi* ſex, articulo ultimo obtuſo. *Labium* integrum, truncatum. *Antennæ* filiformes. Ordo 1 majores. 2 minores.

Obſ. 1. Characteres bupreſtidis & ordo ſecundus ſupra enunciati fuerunt. *Vid.* Bupr. pag. 601. V.

Obſ. 2. In ordine 2, cicindelæ & bupreſtis *Linn.* reperiuntur. V.

Obſ. 3. Prudenter tractanda hæc inſecta. Pleraque liquorem cauſticum, oculis noxium, ex ore & uno ejiciunt. Venenoſæ plantæ non in vanum contra quædam mortalium morbos applicatæ fuerunt, cur certa inſectorum genera inutilia forent. V.

Obſ. 4. Nec caraborum diviſio a *DD. Linn.* & *Fab.* adoptata, nec diviſio *D. de Geeri* difficultatem hujus generis ſatis mitigat; minores enim omnes fere alati. *D. Geoffroyi* ordines lucidiores nobis videntur. V.

TENEBRIO.	TENEBRIO.
Antennæ filiformes. *Thorax* planus, marginatus. Ordo 1 *Antennæ* articulis globoſis, extrorſum craſſiores. 2 . . . . articulis longis, ubique æquales.	*Palpi* quatuor inæquales, anteriores ſubclavati, poſteriores filiformes. *Maxilla* bifida. *Labium* truncatum, corneum, integrum. *Antennæ* moniliformes.

Obſ. 1. In determinatione inſectorum hujus generis error facilis eſt; nam antennæ ab antennis chryſomelarum non ſatis diverſæ: præterea in utriſque thorax marginatus,

ſed auxiliante tarſium methodo ſubito ſepararentur ; chryſomelarum *tarſi* omnes articulis 4 ; tenebriorum *tarſi* pedum primorum & mediorum articulis 5, poſticorum vero articulis 4. V.

Obſ. 2. Inſecta *Linnæi* generum inter ſe diverſorum in hoc genere connexit *D. de Geerus*. Sub hoc enim genere ſilpham rugoſam, chryſomelam hirtam, boleti, hiſpam muticam collocavit. V.

Obſ. 3. Certe hoc genus valde litigioſum :

1°. In ſyſtemate antennæ moniliformes, articulo ultimo ſubrotundo.

2°. In operibus *DD. de Geer* & *Geoff.* filiformes ſunt.

3°. In entomologia *D. Fab.* moniliformes in ſuis tenebrionibus, modo filiformes modoque moniliformes in novis generibus quæ tamen *Linn.* tenebriones comprehendunt.

4°. Coleopterorum *ſyſt.* diviſio ab antennis ſumpta ſequens eſt.

Antennis *Clavatis* extrorſum incraſſatis.
-- *filiformibus*,
-- *ſetaceis*,

Ergo antennis moniliformibus & filiformibus unam eamdemque diviſionem in *ſyſtem.* ſtabilavit *Linnæus* ; nam ptini, chryſomelæ, tenebriones ad hanc diviſionem pertinent.

5°. Antennæ filiformes ſunt æqualis craſſitiei.
. . . ſetaceæ, verſus apicem craſſiores.

6°. In tenebrionibus pleriſque paullo craſſiores ſunt verſus apices, quam verſus baſin ; forma igitur articulorum orbiculatorum antennas moniliformes notat ; ſuntque antennæ filiformes articulis orbiculatis : antennæ igitur ad diviſiones generales optimæ, ſed ad genus conſtituendum fallaces, *Linnæuſque* nihil aliud deſignavit in diagnoſi generis tenebrionum, quam antennas moniliformes, articulis orbiculatis ut in chryſomelis, ſed non extrorſum craſſiores. Præterea in genere chryſomelarum quot varietates antennarum, ſed nunquam verſus apicem decreſcunt. V.

D. Fabricii.

SCARITES.

Palpi ſex filiformes.
Labium corneum, dentatum.
Antennæ moniliformes.

PIMELIA.

Palpi filiformes.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum, rotundatum, ſubemarginatum.
Antennæ filiformes.

BLAPS.

Palpi quatuor clavati.
Maxilla recta, bifida.
Labium membranaceum, fiſſum.
Antennæ apice moniliformes.

HELOPS.

Palpi quatuor, anteriores ſecuriformes, poſteriores clavati.
Labium corneum, integrum.
Antennæ moniliformes.

Sepidium, *Scaurus*, *Eredius* an tenebriones *Linnæi* ?

Obſ. Ex dictis patet characteres quorumdam generum ſyſt. ab omnibus fere Entomologis adoptatos fuiſſe, alios ab aliis receptos, ab alteris rejectos. Entomologus ſyſtematicus inſecta ſuo modo intuetur. v. g. ille qui methodo tarſium inſecta ordinat, non ſolum genera ſed

etiam divifiones *fyft.* neceffario mutat. E fecunda divifione eruit chryfomelas & cum cerambycibus, lepturis, curculionibus, &c. jungit; nam omnium pedum tarfi funt quatuor art. Coccinellæ ordinem proprium conftituent ; nam tarfi omnium pedum 3 artgenufque fecundum hujus ordinis erit tritoma, licet a coccinellis, ftructura elongata corporis, differat, &c. V.

D. Linnæi.	*D. Geeri.*
MELOE.	MELOE.
Antennæ moliformes, articulo ultimo ovato.	*Antennæ* filiformes, articulo ultimo acuminato.
Thorax fubrotundus.	*Caput* magnum, inflexum.
Elytra mollia, flexilia.	*Thorax* rotundatus.
Caput inflexum.	*Elytra* flexilia.
Ordo 1 *Apteri*, elytris abbreviatis abfque alis.	*Tarfi* ungulati.
2 *Alati*, elytris longitudine corporis, alas tegentibus.	Ordo 1 *Apteri*, elytris dimidiatis.
	2 *Alati*, elytris integris.

Obf. Meloe monoceros difficile determinatur, inquit immortalis *Linnæus*, forte huic generi proximum. Antea inter attelabos, *Faun. edit.* 2 figurabat. Nunc genus *Meloes* auget ; fed fi inter fcarabæos, alii mutici, alii armati funt, fi inter chryfomelas & cimices quædam fpecies thoracem fpinofum habent, cur ex hoc genere excluderetur meloe *monoceros*, quem elytra & antennæ ad hoc genus appellare videntur? V.

D. Geoffroyi.

D. Geoffroyi.

CANTHARIS.

Antennæ filiformes.
Thorax inæqualis, ſcaber, non marginatus.
Ordo 1 *Tarſorum* articuculis nudis.
2 . . . . articulis ſpongioſis.

CEROCOMA.

Antennæ ultimo articulo clavato, maſculis complicatæ, in medio pectinatæ.

NOTOXUS.

Antennæ filiformes.
Thorax aculeatus, dente acuto.

MELOE.

Antennæ a medio ad baſin & apicem decreſcentes.
Alæ nullæ.

Obſ. Meloe *monoceros* cum attelabo molli *ſyſt.* in ent. *D. Fab.* Notoxi genus occupat. V.

D. Fabricii.

MELOE.

Palpi ſubfiliformes.
Maxilla recta bifida.
Labium corneum, emarginatum.
Antennæ moniliformes.

LYTTA.

Palpi quatuor poſtice clavati.
Maxilla bifida.
Labium truncatum.
Antennæ filiformes.

MYLABRIS.

Palpi filiformes.
Maxilla cornea, compreſſa, bifida.
Labium membranaceum, ſubemarginatum.
Antennæ moniliformes.

CEROCOMA.

Palpi æquales, filiformes.
Maxilla inferior linearis, integra.
Labium Inferius membranaceum bifidum.
Antennæ moniliformes, irregulares.

NOTOXUS.

Caracteres, vide, pag. 59.

D. Linnæi.

MORDELLA.

Antennæ filiformes serratæ.
Caput deflexum sub collo, interrito.
Palpi compresso - clavati, oblique truncati.
Elytra deorsum curva apicem versus.
Ante femora lamina lata ad basin abdominis.

D. Geeri.

MORDELLA.

Antennæ filiformes serratæ, articulis triangularibus.
Caput magnum deflexum, latitudine fere thoracis convexi, non marginati.
Elytra fornicata, apicem versus deorsum curva.
Cauda acuminata.
Obs. Hæc ultima nota, character speciei est non generis. V.

D. Linnæi.

STAPHYLINUS.

Antennæ moniliformes.
Elytra dimidiata. Alæ tectæ.
Cauda simplex, exserens duas vesiculas oblongas.

D. Geeri.

STAPHYLINUS.

Antennæ filiformes.
Elytra dimidiata alas occultantia.
Cauda exserens 2 vesiculas oblongas.

Obs. Hujus generis insecta facillime dignoscuntur; characteresque a *Linnæo* determinati omnem errorem impediunt; ergo sub unico genere relinquenda sunt. V.

D. Geoffroyi.

MORDELLA.

Antennæ ſubſerratæ, articulis triangularibus.
Thorax antice attenuatus, convexus.

D. Fabricii.

MORDELLA.

Palpi quatuor anteriores clavati, poſteriores filiformes.
Maxilla bifida.
Labium membranaceum.
Antennæ moniliformes.

Obſ. Inter pauca genera *Linnæi* a diverſis Entomologis conſecrata, mirum quod genus mordellæ omnibus fuerit jucundum. V.

STAPHYLINUS.

Antennæ filiformes.
Alæ tectæ.
Addomen inerme.

STAPHYLINUS.

Palpi filiformes.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum, trifidum.
Antennæ moniliformes.

OXYPORUS.

Palpi inæquales, anteriores filiformes, poſteriores ſecuriformes.
Labium emarginatum cum mucrone.
Antennæ moniliformes.

PÆDERUS.

Palpi inæquales, anteriores clavati, poſteriores filiformes.
Labium lineare, integrum.
Antennæ moniliformes.

Obſ. More ſcorpionum obſervatorem cauda minantur ſtaphylini; ſed cauda inermis maxillæque ſolæ timendæ ſunt. V.

D. Linnæi.

FORFICULA.

Antennæ ſetaceæ.
Elytra dimidiata. *Alæ* tectæ.
Cauda forcipata.

D. de Geeri.

FORFICULA.

Antennæ filiformes.
Os dentibus palpiſque.
Elytra dimidiata alas occultantia.
Forceps mobilis caudæ.

HEMIPTERA.

D. Linnæi.

BLATTA.

Caput inflexum.
Antennæ ſetaceæ.
Elytra alæque planæ, ſubcoriaceæ.
Thorax planiuſculus, orbiculatus, marginatus.
Pedes curſorii.
Cornicula duo ſupra caudam.

D. de Geeri.

BLATTA.

Antennæ ſetaceæ.
Os dentibus palpiſque.
Caput ſub thorace plano marginato inclinatum.
Hemelytra horizontalia.
Alæ plicatæ.
Cornicula 2 articulata caudæ.
Pedes curſorii. Tarſi art. 5.

D. Linnæi.

MANTIS.

Caput nutans, maxilloſum, palpis inſtructum.
Antennæ ſetaceæ.
Alæ 4 membranaceæ, convolutæ, inferiores plicatæ.
Pedes antici compreſſi, ſubtus ſerrato-denticulati, armati ungue ſolitario & digito ſetaceo, laterali articulato.
Poſtice 4 læves, greſſorii.
Thorax linearis, elongatus, anguſtatus.

D. de Geeri.

MANTIS.

Antennæ ſetaceæ.
Os dentibus palpiſque.
Caput declinatum.
Thorax elongatus, anguſtus.
Pedes antici a reliquis remoti, omnes ambulatorii.
Alæ horizontales.
Tarſi art. 5.

D. Geoffroyi.

FORFICULA.

Antennæ filiformes.
Alæ tectæ.
Abdomen forficibus armatum.

D. Fabricii.

FORFICULA.

Palpi filiformes.
Labium trifidum.
Antennæ setaceæ.

BLATTA.

Antennæ filiformes.
Ad ani latera appendices vesiculosi transversim sulcati.

BLATTA.

Palpi filiformes.
Maxilla inferior apice fissa.
Labium membranaceum, bifidum, laciniis fissis, pinna exteriore majori.
Antennæ setaceæ.

MANTIS.

Antennæ filiformes.

MANTIS.

Palpi subæquales.
Maxilla inferior compressa, acutissima.
Labium bifidum, laciniis fissis, pinnis æqualibus.
Antennæ setaceæ.

Obs. Licet hujus generis character sit peremptorius, teste *D. Geoff.* structura tamen insecti, incessus longitudoque thoracis magis oculos feriunt. V.

D. Linnæi. *D. de Geeri.*

GYRLLUS.

Caput inflexum, maxillosum, palpis instructum.
Antennæ setaceæ s. filiformes.
Alæ 4 deflexæ, convolutæ, inferiores plicatæ.
Pedes postici saltatorii, ungues ubique bini.

Obs. 1. Structura pedum anteriorum, ut diag. a *Linnæo* assignata, non generis nota characteristica. V.

Obs. 2. Hæc numerosa familia sub *grylli* nomine in systemate designata fuit; sed exemplo Plinii septentrionalis minime seducti fuerunt alii Entomologi systematisque ordines in genera varia mutaverunt. Duo tantum habemus entomologiæ systemata, inquit *D. Fab.* quæ fundamento quodam quamvis vacillanti, inædificata sunt, nempe *Linn.* & *Geoff.* quorum alter nimis naturam sequens sæpius amisit systema (*Linnæi scilicet*) alter vero systemati nimis deditus naturæ vim intulit, genera multiplicavit & characteribus dubiis distinxit *fundam. entom.* pag. 78.

Obs. 3. Hoc judicium, licet forsan asperius sit, systema *Linnæanum*, ut præsidem entomologiæ præbet quoniam illud vero systema scientiæ utile est quod naturam sequitur. Inde confirmatur unicum genus Gryllorum sub quo militant acrydia, locustæ, grylli aliaque genera creata; reipsaque, omnes faciem, propriam omnibus habent & differentiæ similitudinibus minus numerosæ sunt. V.

Ordo 1 *Acrida.* Caput conicum thorace longius. Antennæ ensiformes.

D. Geoffroyi. *D. Fabricii.*

Obs. Gryllus Tettigonia a gryllo Acryda facile distinguitur *D. de Geeri* obſervationibus. In primo, antennæ ſetaceæ corpore fere ſemper longiores ; in ſecundo, corpore breviores : in primo, tarſi art. 4, in ſecundo, 3 : in primo, anus fœminæ ſemper enſe armatis ; in ſecundo, anus inermis. V.

TRUXALIS.

Palpi inæquales, filiformes.
Galea truncata, fornicata.
Labium inferius bifidum.
Antennæ enſiformes.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
	ACRYDIUM.
